Ultimo denique loco de noftra feminMih difcernendi modo, in commodum^ minus exercitatorum, non nili maxime necelTaria addemus. Generalis iraque regula ell₃ ut omnia femina, etiam recentiffima, in aquam tepidulam conjuciantur, & ut ea, quibus funt integumenta dura & aquae liberum acceirun> negantia, iftis integumentis ante omnia exuantur, Ubi poftea aliquantum emollita funt femina, unum eorum extrahitur atque primum fe6Vione transverfali₅ a ventre ad dorfum du&ta, in duas partes sequales dividitur, fruda autew: itatim iterum eonjiciuntur in aquam, ut fe&ionis plnum illam imbibat libere^ Poltea emollitum illud planum vitrea lente non nimis augente contemplatur, quo adminiculo triplex gencratim differentia in eo detegitur. Aut enim planum illud, ab uno feminis pariete ad oppolkum_y fimplici rima transverfali, nullam alieni colons materiem intra fe continente, manifelte bipartitum ell; quo in cafu femem certiffime exalbuminofum atque embryo dicotyledoneus eft, ut ejus ulterius fcrutinium difficultatem nullam habeat: Aut planum illud rima transverfali breviori, vel & areola rotundiufcula, in quibus utrisque materia peregrina & diverlicolor haeret, iniignitum eft; atque hoc in cafu femem tuto albuminofum atque embryone dimidio albumine longiore faetum pronuncintur: Aut denique tertio, nullum penitus rim« auc areok veltigium detegi poteil fed

fed planum ubique confpicitur uniforme & homogenetim; atque tune certiffimi
 elfe poffumus, quod vel embryo pfeudo - monocotyledoneus maximus, totum
 efficiat feminis nudeum, ut in *Patittitiia*, vel quod embryo parvus aut minutu-
 lus alicubi in albumine & vel in fuperiori 1. in inferior! partiti feminis fegmento
 haerere debeat. In ultimo hoccafuf, eoque longe frequentiffimo, nam de pfeudo-
 monocotyledonis embryonis examine neceffaria jam in Introductione occurrunt,
 nova in alio femine emollito inftituenda ell fedlio, quae femine fecundum axerac
 iuum in duas partes sequales dividat. Rejedta deinceps in aquam fegmenta plane
 modern modo tradantur, iicuti de transversalibus fegmentis modo dictum; ita
 fiet, ut embryo, nil! ex minutiffimis fit, in alterutra fegmentorum extremitate
 aut dorfo, fpecie cylindruli magis vel minus brevis, aut & globuli nivei vel
 viridis, facili negotio detegatur, quin, fi fedlio rite inftituta eft, quandoque e
 ^cavitate fua fponte excidat & aquae fundum petat. Hie fimpliciUimus proceffus
 ad detegendum & deinceps penitus denudandum embryonem, in longe maximo
 feminum numero, fufficit folus: ubi autem femine occurrit albumine cartiagineo
 & embryone minutiffimo dotatum, ut in *Afaro*; tune iftae non fufficiunt enchei-
 refes, fed fcrutinium alia ratione indituendum. Nempe in hoc cafu, in alterutra
 feminis extremitate, in qua feih fedes embryonis fufpicatur, fufpenfa manu de
 albuminis parte dorfali atque ventrali, tenuiffimas lamellae repetito refecantur,
 ut tandem media & tenuiffima albuminis lamina fuperftes lit, quae deinceps
 aquae iterum/aut oleo terebinthinac immittenda, ut vitri inftar fiat pellucida.
 Sic, nili caffum lit femine, quod quidem faepius evenit, certiffime bona lente
 vitrea brevioris foci, embryo detegatur, foma pundluli nivei medullaris, quod
 fua albedine haud difficulter ab albumine difcernitur. Quomodo autem poftea
 ejusmodi minutiHimi embryones a fuo albumine liberandi fint, ut per fe ukrius

(brutari queant, id non facile describi potest, sed cujuscunque propriae dexteritati relinqui debet, Sive autem femina albuminis & embryonis scrutandi causa* sive alia de ratione, examini subijcere volueris, memento, ut illa femper* etiam si recentissima, prius in aquam conjicias & in ea per aliquod tempus detineas; nam sine hac praeparatione nunquam disces > ex. gr. utrum gelatinosa sint, nee ne, quia haec qualitas vel in recentissimo femine licco, oculis detegi non potest; & haud unquam in vetustis feminibus cognoscas* utrum olim baccata fuerint, nee ne, quoniam carnosa pellicula, nil! in emollitis feminibus, rite dignosci potest: ut de majori albuminis emolliti tractabilitate, & de minori embryonis perinde emolliti fragilitate nihil dicam^

Haec sunt, quae de observationibus nostris colligere sumus, & de purioribus Carpologia: praesenti statu, generatim dicenda & exponenda habuimus. Subjungemus nunc pauca, (ingulum volumen ferè concernentia, ut erroribus quibusdam in primo volumine commissis, aliquam afferamus medelam, ac necessaria additamenta, suis locis inferenda, indicemus; maxime vero ut de praesenti volumine B. L., rationem reddamus, ac de eo praefata breuissimis exponamus.

In primi voluminis Introductione haud levem commisi errorem, cum *Lemnam* plantis asexualibus annumeraverim. Sed involuntarius iste, quin plane invincibilis fuit error, mihi cum variis magni nominis botanicis recentioribus communis, nam illò tempore, quo haec plagula Introductionis e praelo prodit, — fuit autem id circa initium Maji 1787* — mihi recentius ab EHRHARTO iterum reperta itamina Lemnas iunctissimè non potuerunt, quoniam eodem anno fere prius, primus ejus libellus qui hanc observationem continet, in lucem prodit. Neque etiam postea, cum meam praefationem confecturam, quidquam adhuc

de

de hoc egregio invento mihi innotuit, quia in meo, longe a Bibliopoliis difflco domicilio, non alios ad legendum accipio libros, **nili** quos mihi mea comparo pecunia. Uuis autem noitris diebus omnia ad hiftoriaro naturalem facientia fcripta **libi** comparaverit? fane ne ditiflimus quidem. Ergo nihil de meo refcivi errore* donee ejus a Cl. *FIBIG*^ in fuo Diario, humaniflimo & urbaniffimo, verbo, qui Viros vere doftos & bene moratos decet, modo, confeius faftus fuerim. Dolui eum ftatim, & quum ei citius medelam afierre non potuerim; redeat nur.comnino Lemna iu fuatn prittinam dignitatem, plantisque bifexualibus in poderum femper annumeretur! quin & alijs, per me, plantse efexuales ai altiores gradus promoveantur, dummodo id perinde bono & fidis obfervacionibus afferto jure fieri qucat: nulli enim fydemati aut hypothefi adeo' pertinaciter adhxreo, quin meliora edodlus, pri/linam meam opinionem libenter deferam, fed argumentis, non conviciis, aures prabeo. Alter, quem commili error, in eadem Introductione occurrir, cum *Cocculum* pro peculiari pericarpium fpecie vendidi, qui bmnino cum Capfulis elafticis mifceri debet. In ejus itaque locum nunc *Angidion* fufficio, quod CL MEDICO & SCOPOLI llridte pericarpium audit; quod nunquam ffonte dehifcit; quod baccas ficcas, & omnia ilia exfucca feminum conceptacula comple&icur, quæ nee ad Samaras, nee ad Nuces veras & regulares, nee ad aliam quandam pericarpium fpeciem commode referri poffunt: ut feminum Sagittariae, Alifmae, Neuradac, Grieli, Afferifoliarum & quarundam Malvacearum conceptacula, quae, quod nunquam dehifcant & peculiaris lint fabrics, in potterum Angidia appcllabimus.

Alias emendationes, primi voluminis Centurias concernentes, habeo pauciffimas. *Scytalia* non fruidu gaudet iimplici, ut ex meis fpeciminibus & ex SONNERATII defcriptioiie pro certo habui, fed regulariter gemino fructu dotata

eft,

est, uti id COMMERSONI crebriores observationes docuerunt, cum quibus & LAUREIRIUS in recentissima sua *Flora cochinchinensis* conspirat, cui quoque ideo hæc stirps *Dhnocarpus* audit, Capfulam, quam *Hebeulrecta* adscripsi, vereor esse nihil aliud, quam calyx floris grandæfactus & femina obtegens: nam hæc fabrica melius cum charactere III. JUSSIEU congruit, qui sine dubio femina sub suis oculis roatrefcere vidit, cum ego ea non nisi foluta & sparsa viderim. Cetera Aubletiam nostram cum Sonneratia esse commutandam facile largior, nec obfuro, quin *Ompalobium* ad *Connarum africanum* referatur; fructus enim posterioris nunquam vidi & descriptio ejus in LINN, *gen.* 850. adeo superficialis & indetinita est, ut perinde ad sexcentos alios applicari possit. fructus autem *Messiam* nostram attinet, eam nullo modo cum *Menispermis*, nec *Sagum* cum *Calamo* misceri posse contendendo; siquidem fructus harum stirpium, fabrica sua interna, tam enormem in modum inter se differunt, ut communi vinculo generico necesse absolute nequeant.

In secundo, scilicet præfenti volumine, statim clarè post *Rejliom's* pag. 12. delitescit totus, Nuperrime enim spicas maturas genuini *Reftionis* a Cl. THUNBERGIO accepi, easque toto cotlo a prioribus differre vel primo oculi intuitu perspexi; & quod inagis, simul cum spicis istis, nucularum quoque priorum nova exemplaria ab eodem Cl. Viro obtinui, sed cum novo *Tildenovæ* nomine, ut itaque nunc convulsivus sim, quod nucule illis ad diversissimum a *Reftione* genus pertineant. De his itaque & aliis rarissimis fructibus, quos generoso THUNBERGII mei animo debeo, forsitan alio tempore plura in supplemento quodam, si fata & valetudo obtulerint. In *Pinis* quoque *mariana* & *americana* denominatione error videtur irrepressibilis: nam *Pinus* mea americana, certissime est *mariana*. EHRHART. 3, -p. 32.; contra autem mea *P. mariana*, videtur esse

ejusdem *P. canadensis*. *Guajacum meum officinale*, non est officinale, sed *G. sanctum*, uti ex 111. JUSSWEO & ex fructibus genuini *G. officinalis* nuperrime acceptis plene intellexi; didici etiam porro ex iis, quod descriptio fructus Guajaci in Col. SCHREBERI *gen. nro. 7*7* > omnibus numeris sit absoluta, & quod in *G. officinale* exactissime quadret, quare ea, qua p. 149. protuli, penitus delenda, utpote solum *G. sanctum* attinentia: Ceterum, vel me non monente, statim ipse B. L. videbit, quod in hoc volumine, fructus & femina unus fabricis, non ita sint dispersa ut in priori, quod curaverim similibus, quantum quidem fieri potuit, approximare, & quod ordines quidam naturales, absque interventu peregrini cujusdam generis, traditi sint puri atque immaculati. Sed nullam illarum familiarum, praeterquam solum illam Compositiflorarum, potui methodice pertractare, quia in reliquis, generum & specierum defectus nimis fuit grandis, quam ut super parvulo generum mihi rite cognitorum numero, solidae methodi jacere posuerim fundamenta; nec mihi mos eorum placeat, qui ex imperfecte cognitis statim condunt systemata, centies pollea mutanda, corrigenda, vel & penitus refundenda, Solum itaque Compositiflorarum familiam, quam ex largitionibus Cl. Thunbergii & Schreberi fere integram possideo — defunt enim vix decem genera linnaeana — methodice exposui, quare etiam de hac solum nunc verba facienda erunt. Ingens fabricis feminum simplicitas atque uniformitas vetuit, quominus superiores methodi divisiones, e principio quodam carpologico potuerint defumi, adeoque pura fuit necessitatis, ut traherentur ex Anthologia, Itaque summi TOURNEFORTII vestigia, non tantum ob simplicitatem & perspicuitatem suam, sed & quod haud multo crebrioribus & gravioribus exceptionibus impedita sint, quam alia illarum divisionum principia, unice secuti sumus, eaque Vaillantianis, cetera non contemnendis, & multo dete-

deterioribus linnaeanis placitis pmulimus. Sed inde factum est, ut plura fie ditta airt putata genera naturalia, non tantuui dilacerare & diverlis in locis recensere, fed & nominibus diverlis id^riguiere omnino fuerifnus coadti: nil! quidem aut Claffibus falsa prefigere romina, aut liquidum generis cujusdam charadterem, in gratiam frivote, ?nere hypothetical vel & fidte iteramatis copulas & cohaerentiae, claneule voluiffiemus abnuere & fupprimere. Ut ut autem protervis noftne, qua^r lolos flores difcoideos cum difcoideis, & radiatos cum radiatis jungimus, anathema iniminere liaud dubitemus, nos tamen facti non poenitet, immo vel & ideo redte feciffe putamus, quia primi ordinis botanici idem quoque fubinde fecerint[^] Ita fcil. ipfe LINN[^]US, Bidencem flofculofam, *Bidentem*_o eandem vero radio intrudhm, *Coreopfidem* appellare non dubitavit; ita III. JUSSIEU, vel in ipfa fua naturali plantarum coordinatione, Lanoiffiam radiatam, a flmilima fed mere flofculofa Cotula feeparare redtum putavit iuftumque; & ita ADANSONUS, DJLLENIUS & alii clari nominis Viri, plantas cetera magis vel minis affines, ob folum radii acceffum, a fe invicem fegregare non metuerunt. Si autem id in uno, duobus, tribus generibus licitum, cur non & in omnibus? & li id aliis conceffum, cur nee mihi? qui nequaquam in hac familia genera naturcilia condere mihi propofui, fed qui unice confulionem praspedire ftudens, clallium nomina feci inviolabilia, eisque fola conformia fubdidi genera. Quodii autem, his omnibus non obtantibus, peccavi; minui fane peccatum quara maxime, addendo ad iingula genera, ex mera quadam partiutn flovis metamorpholi enata, notas atque monita, quibus attentum Ledtorem in confuetum tramitem reducerem: lie, cum de Bidente &c. &c. verba facio, fub[^] jungo femper monitum, genus effe bifrons, quod accedente radio in Coreopli- dem &c. &c. mutetur; & cum pottea de Coreopfide fermo elt, iterum addo

notam, quod *Coreopsis* nihil aliud fit, quam *Bidens radiata*, Ita fane mei consilii non potest parere debere spero, quin gaudeo potius quod hac ratione, & Systematicorum naturalium, & Botanicorum physiologorum atque philosophorum & denique tyronum commodis aliquantum confutum fit. Tyrones enim facilius reperient plantas libenter oblatas; Systematici, nexum fundamenta distinctius percipient; & Philosophi, largam disquisitionis habebunt materiam, cur inter *diseoides* haec vel illa tantum definita genera, libenter & quasi naturaliter talem fubeant metamorphosin, alia autem minime? & cur in valto *radiata* grege, plurima sint genera, quorum prototypa, ut ita dicam, non habeantur inter *diseoides*?

Secundarias methodi divisiones deduximus a receptaculo communi, & imprimis a femine *Pappo*, quum pappus una ex frequentissimis feminis hujus ordinis partibus sit, & simul una, quae plurimis gaudeat modificationibus diversis. Etiam in hoc puncto non omnium nobis respondeamus assensum. Scimus nempe quod Linnæus pappum fecerit nullius, eunusque fupine despexerit, quoniam illum non novit, vel potius non nocere voluit, ne fuis mere physiognomicis harum plantarum disputationibus foret impedimentum. Sed contra quoque scimus, pappum a Vaillantio, ferioribus principiis imbutum, magni fuisse habitum, ut cum in fuis generum charactribus neglexerit nunquam; eumque non obiter tantum & superficiale ut Linnæus, sed plerumque cum magna diligentia inspexerit atque definierit: quare etiam ejus genera, linnæanis, multis partibus praefereunda sunt. Cum autem hanc inivimus viam, non potuimus vitare difficultates, quae nonnunquam pappi non satis ftrictè definiendam formam, ejusque difficiliori in praxi applicationem comitantur. Sed generatim difficultates atque exceptiones illas, multo sunt pauciores, quam vulgo creditur, atque insuper

omnium

multura minuuntur ac diluuntur, li in Iotroductione noſtra poſitos, inter diverſas pappi ſpecies, limices, diligenter reſpicimus, iisque non nimis laxum, fed cum iſtis fere verbis congruum tribuimus ſenſum: ita enim ſtatim apparebit, quod Pappus, quem vulgo adeo liberate plumofum appellat, nequaquam fit adeo frequens; & quod Pappus marginatus cupularis aut cotyleoides, quem LINNÆUS vix nomine inſignire dignatus eſt, plerumque **lit** fatiſ definitus & COBſpicuus, ut eo in deſignandis generum charadteribus carere nequeamus, eumque nee intra nee extra Carpologiae ambitum negligere debeamus. Verum his omnibus ncquiquam volumus ſpecioſas, qua contra figure pappi inconfantiam moveri poſſunt obſtationes, eludere; immo potius principales quasdam earum nunc præponere, eaſque breviter diſcutere, noſtri propoſiti eſt Pappus ſcilicet *marginatus* nonnunquam veraa ſuas habet diſſicultates, cum nempe aut plane deficit, ubi adesse deberet; aut cum dentibus varie profundis inciditur, ut a calyculo aut tenuiter phyllode diſſiciliter diſcerni poſſit: prioris exempla habentur in *Eiidbeckii* ſpeciebus & c; potterioris vero in *Fyarethri* & *Bupbtalmi* ſpeciebus nonnullis. Illic duabus diſſicultatibus non aliam licet adſerre medelam, nili ut plurimum unius generis ſpecierum femina nobis reddannis cognita; ut flores & plantas ipſas, illic fieri poſſit, in ſublidium vocemus; & denique ut ex majoris numeri ſpecierum conformitate, pauciorum femina diſcrepantia, & ex florum plantarumque ipſarum conſenſu, levioſorem in ſeuiinibus diſſenſum ponderare & negligere diſſicamus: qui enim talia adminicula repudiate atque methodum ab omni labe prorsus puram poſcere voluerit, **Hic** fane Nature iludium ne primis quidem degulſſet labris: alias enim ne optimorum quidem iignorū diſſignorum peteret univerſalitatē, quia Natura iſtas rationis humans habenas non audit, fed quandoque in deſpectum regularum noſtrarum, proprio iūo indulget genio.

Altera difficultas hseret in Pappo *membranaceo - paleaceo* aut phyllode, eoque potiffimum oligophyllo, vel & valde angufto: hie enim per macuricatem feininis plerumque defluit, ut in *Scolymo, Heliantho & Silphii* quibusdam fpeciebus; aut ita exarefcit, ut perdifficulter diliinguatur, licuti in *Eclipta & Baltimora*. Optimum quod heic datur remedium eft, ut femina ante plenam fuam maturitatem examini fubjiciantur; & alterum, ut exarida pappi foliola per aquam tepidam emolliri tententur, quo fa&o, vertex feminum bona lente vitrea infpiciendus, ubi certiifime vel pappus integer, vel ejus faltem reliquiae reperientur. Hunc ex pappo citius delabente manantem errorem, pauci faltem vitarunt, & nos quoque in ilium illapfi fumus, qui *Scolymo* male tribuimifq; femina calva. Tertia denique difficultas, quas tangit Pappum *plumofum*, neque tanta eft, neque tam crebro occurrit, atque aliqtiis facile crederet, qui ejus in fcriptis Anthologorum adeo frequentem reperit mentionem. Plerumque ita bene & eleganter definita eft ejus forma, ut potius difficile lit, eum non ftatim a primo afpedhi dignp.fcere, praeferim ii limul quoque ad longitudinem crinium lateralium attendas, quae ad minimum fcapi craflitiera quadruplo fuperare debet, Gtuodfi vero nihilominus dubium inter pappum vere plumofum, eique valde affinem Pappum *dentato-ciliatwu* nafcatur: probe hsec cautela tenenda, ut comparatio femper inter pappos unius ejusdemque divilionis, minitne vero inter diverfarum feftiocum femina infituitur: lie enim facile *Cirjii & Silybi*, nee non *Supraginis & CritonU* pappos a fe invicem fecernes, dum contra ii *Silybi & Supraginis* pappos juxta fe pofueris, prior tibi facile refpectu pofterioris videri poterit plumofus, cum tamei uterque, in fuo ordine, revera dentato-ciliatus dicendu^ lit. Si autem qufndoque difcrimen inter modo diftas du^s pappi fpecies, vere dubium eft, uti ID *Capitatis* uonnullis & in quibusdam *Fin-oniis*: tunc idem remedium adhibendum,

quod

quod supra occasione pappi marginati praefcripimus, atque Temper cogitandum * quod in rebus humanis nihil sit perfecti. Utrum praeterea Pappus *penicillaris* a plumoso diistinguendus sit, nee ne? id nos non multum angit, & facile largiemur, meram forsan esse subtilitatem carpologicam. Quia autem nunc potius in carpologicis versamur, & pappus iste tamen in nonnullis casibus proprias quasdam habere videtur affectiones: ideo nobis non licuit eum plane negligere aut silentio premere. Aliae pappi species difficultatem non habent, quare quae de iis & de receptaculo communi abunde in Introductione prolata sunt, haec non repetemus.

Infimas denique divisiones, seu ipsas generum designationes, deduximus a calyce, fexu, quin & a colore radii, aut **ipilis** quandoque foliis integris vel dissectis; etiam posteriorum utrumque nonnisi femel adhibitum sit auxilium. Secuti nempe sumus judiciosum & ingenium VAILLANTII, qui fimum Helenium ab Aftere, folo radii colore luteo distingueret non dubitavit, atque hic ejus facilitatem reddidit diagnosin, dum contra LINNAEUM, eundem elancule respiciens colorera, scientificum magis sed & magis erroneum, publice ei substituit lignum characteristicum, ab antheris caudatis defumtum, quae tamen in plurimis speciebus caudis istis carent, & vicillim in generibus ab Helenio diversiffimis, caudas illos perinde habent: ut studio quasi Helenii characterem, aequivocum reddere voluisse videatur. Generatim in eligendis lignis distinctivis generum artificialium, nos non ita sumus delicatuli* ut ab illa elegantia scholastica moveamur, quae has iugillatim, nee ullas alias plantarum partes, ad constituenda generum characteres paedagogico supercilio praecipit; sed potius nobis, certitudinis, perspicuitatis & facilitatis characterum genericorum — praesertim in familiis amplis naturalibus* ubi omnia inter se conscrere videntur — odor bonus est ex re qualibet

In Appendicem conjeci fructus quosdam rarissimos, maximam tamen pattern incompletos; & femina quaedam Zeylanica, pericarpis quidem suis orba, sed ob raritatem & fabricam suam singularissimam, notatu omnino dignissima. Cum vires *mez* fradice & deperdita prorsus valetudo, parum mihi relinquunt spei, ut supplementum quoddam olim hisce voluminibus addere possim: nolui suppressere vel fato committere icones, hoc scopo jam jam paratas* & magis adhuc nolui oblivioni dare, rarissima haec Nature producta, quorum maximam pattern, Celebris suo tempore botanicus P. HERMANNUS, cum multo fudore, periculo & labore, ipse olim in Zeylona legit; & quorum omnium, benevolam & generosam communicationem eximise humanitati CL *Dav. v. ROYEN* debeo[^] qui incomparabilem istum thesaurum, cum blattis & tenuis jam per centum hos annos luctantem, ita mecum partitus est, ut publicae interveniendo utilitati, nihil quicquam integritati collectionis offecerit. Sunt quidem varii idorum fructuum, prorsus indefinibiles, quare etiam iis barbara sua nomina reliqui, ut peregrinatorum quidam supplenda supplere possit.^o Interim tamen nonnulli, ut *Heptapkurwñ* & *Porocarpus*, fructibus suis quovis respectu singularissimis, exceptionem mereri videbantur, quare etiam iis, nec non Palmarum singularissimas, *Manicaria*, propria feci nomina generica latina. E feniinibus foliatis nullum praeter *Koon* & *Hondalam*, ad cognita genera reducere valui. De *Koon* nempe convulsiivimus mine sum, quod nuculae inr, genuinae *Ochna* SCHREB.; & de *Hondala* dubio vix ullum *ell*, quin ad *Granadilla** genus spectet.

Atque sic longo, per inexpectatas moras tudioso, & ex sua natura non facillimo labori finem tandem impono. Nihil minus illum, quam perfectum esse, probe sentio; quis enim unquam prima sua tentamina ad perfectionis uivibicum deduxit? sed id ab sequis iudicibus mihi largitum fore spero, quod facile mateviam

non negligenter tradlaverim, & quod omnia fecerim, quæ ab homine privato, a mufjeis, bibliothecis, hortisque publicis botanicis jam dudum remoto; cetera minime opulento, & tamen fumtuoro itinere Angliam Belgiamque tertia vice propter folos frudhis exoticos revifenti; & inde ab ilto itinere, per continous hosundecimannoscumadverfa valetudine confli&anti, expe&fari unquam potuiffent.

Meras itaque purioris & perfedlioris Carpologiae, quam ha&enuS habuimus primas effe lineas facile largior, easque valde adhuc diffitas & interruptas, quin ab omnibus mendis baud puras confiteor: maculam etenim ipfis imprimit: i° quod multos fructus exoticos molliores, non quales natura fecit, fed quales tempore & exliccatione deformatos & extenuatos obtiui, defcribere & delineare fuerim coa&us; quod in univerfum fru&tuum exoticorutn pauciffima & fepe unum duntaxar aut duo habuerim fpecimina, unde forfan chara&teres nonnulli nimis manarunt particulares, nee ex fufficienti fpecierum diverfarum numero ab&tra&fti; & deni-
7-2° * n°d nonnullos fructus exoticos acce&prim & iterum vendiderim fallis cum nominibus. In hoc tamen ultimo pundto fui ferupuloiffimus., nam de ejusmodi dubiis & generatim de omnibus fructibus exoticis, non tantum icones Rheedii, Rumphii, Commelini, Plumieri &c. confului, fed inprimis quoque auftorum defcriptiones de verbo ad verbum cum meis fpeciminibus contuli, unde de plurimis factus fum certillimus. Ubi autem vel fontes defuere, vel dubium nihiiominus mihi remanfit, id indicavi ingenue, ut in *Flagellaria*, *Phlebolithide*, *Baltimora* & aliis. Ergo inevitabiles & immedicabiles iltas mendas, nemo fequitur mihi culpa&e vertet, fed earundem corre&tionem a diligenti quodam expettabit peregrinatore, cui foli talcs errores vitare & emendare licet.

Scopum vero & unicum laboris mei pra&etnium attigero & obtenuero, ii incitamento fuerit europjeis Botanicis, ut nunc ad ulteriorem difquilkionem fpecie-

rum se se accingant, fuisque obfervationibus generum charafteres ulterius perficiant, emendent, vel & refundant: Peregrinatoribus autem, ut in poflerum non mera plantarum exoticarum fceleta, non folam florum notitiam, fed omnium partium frudtificationis, etiam tminiarum & recondicarum, nobis reportent expornionera atque adumbrationem. -Ita enim Botanice vere reformabitur, & ad expectation evehetur perfedtionis graduni, a quo fane adhucdura longiilime abeft.

Unicum duntaxat methodicse frudtuum coordinationis fchema exhibeo, feu potiusillud, in primo Volumine traditum, heic repeto, fed emendatum, audtum & ad omnes utriusque voluminis fru&us extenfum. Nolui enim, plura ejusmodi tradendo fchemata, & in aliorum & in meam injurius effe crumenam; quia talia fchemata facillime & absque ullis impends, quilibet fibi ex frudtuum defcriptio-nibus concinnare poteft; & quia, ex altera parte, ejusmodi tabellae ingens'ibi fumunt fpatium, & charram inutiliter devorant. Quod autem charta pr^fentis hujus voluminis, oliquantum deterior fit ilia prioris, id non mihi, fed dSnni iijadturae pleniẽ venditioni voluminis prioris adfcibendum: quippe cujus, in hanc ufque diem, nondum plene ducenta diltradta tint exemplaria!

Sed vela contraho. Opus meum, qualecunque nunc ell, Tuæ, B. L. aequitati & T)enevolentiae commeudo; Teque bene valere jubeo.

Dabam Calvse Suevorum,

d. 6. Aprilis 1791.

Synthesis plantarum methodica a partium fru&us litu
(forma confitentia atque numero.

ACOTYLEDONES.

Chara.
Ruppia.
Zannichellia.
Zosterā.
Zamia*

Ap):yteja }

MONOCOTYLEDONES.

FRUCTU SUPERO.

Exalbuminofx.

Triglochin.
Poramogeton.
Alfima.
Sagittaria.
Butontus,

Albntninofa. Embryone
extero, f. non inclufo.

GRAMINA.
Flagellaria.
Nymphæa.

excetrico, f. lateral!.

Can n da.
Licrala.
Sa^us.
Pbocnixj
Euterpe.
Eactris.
Caryota.
Chamxriphes.

Commelina.
TradelcJintia.

Alparagus.

centrali. Kadiciila mnhilic©

contraria.

supera.

Hyphæa.
Hyoyhorbe.
Clcephora.

infera.

Smilax.
Rufcus.
centrifuga.
Aletris.
Colbicum.

contermina.

*fitpera**

Eriocanlon.
Wachemtorfia.
Sparganium ?

*infera**

CYPEROIDEJE.
T^pha.
Hippurist

Coccus.
Manicaria ?
Ekeis.
Corypha.
Areca.
Calamus.
I ontanis.

Crrculigo.
Aphodclus.
Allium.
Tulbagia.
Calla.
Juncoides. M.

centripeta.

Acorns?
Philydrum.
Diolcorca.

Grnithogalum.
Cyanella.
Anthericuni.
Hyacinthus.
Aloë.

Fritillaria.
Tulips.
Liliutn.
Hcmerocuis.
Crinum,
Jnncus.
Chlamydia.

* • v

Gloriofa,
Colchicum.
Veratrum.

¥ * •

Nepenthe*.
* • *
Convallaria.
Dracaena,
Paris.
Yucca.

centrifitga.

Arum*
Xyris.

Butotnus.

iwga.

Nymphst.

HETB:RQCLIT«,

Nelumbo.

SPURI^S.

Taxus.

pufruta.

Mangoftana.

JPyrola!

Petiveria.

FRUCTU I^FERO. Rad-

infera.

Trichopus.

flip era.

Bajania.

centripeta.

Canna.

Alpinia.



Heliconia.
 Iris.
 Morxa.
 Gkidiolus.
 Bermudiana.
 Ixia.
 Hypoxis.
 Alftroemeria.
 Bui bine.

Hsemanthus.
 Afarum.
 Arifitolochia.
 ccntrifuga.
 Tacca.
 Scrapias.
 Epidendrum.
 Stratiotēs.
 vaga.
 Zingiber.

Mufa.
 Ananas.
 iUa.
HETEROCLIT-fl,
Trapa.
SPURI^E.
 Lonicera.
 Embyyoftevis.
 Barringtonia.
 Melocastus*
 Begonia.>

DICOTYLEDONES.
FRUCTU INFERO.

RADICULA

INFERA.

MONOCARPJ.,,

Exalbuminofx.
 reftcmbryoe.
 gymnofpermae

COMPOSITIFLORJE-
LIGUJLAT-flE*

I. Sem. uniformibus.

A. Pappo nullo.

a. *Thai nudo.*
 Lapfana.
 Rhagadial
 Arnofcri
 b. *Thai paleacca-*
 Scolymus.

B. Pappo phyllode.

Catananche.
 Cichorium*

C. Pappo capillari.

a. *feffiltu*
 Zacintha.
 Prenanthes*
 Sonchusr.
 Hieracium.

Troximiinr.

Andryala.

b. *Jlipituto.*

Ladluca.
 Chondrilla.
 Lcontodon.
 Crepis.

D. Pappo plumofo.

a. *Thai, fiudo.*
 Virea.
 Picris.
 Scorzonera.

Helmintia.

Tragopogon.

b. *Thai, fitleaceo-*

Seriola.
 Achyrophorus*

II. Sem, diffFormibus.

Rothia.
 Tolpis.
 Hyoferfs.
 Hedypnois:
 Hypochaeris.
 Geropogon.

CAPITATJEr

I. Congregate.

A. Pappo millo.

Carthamus*
 Calcitrapa,

B. Pappo fetaceo.

Onopordum*
 Carduus.
 Silybuin.

Lappa.

Serratula.
 Onobroma*
 Atradlylis.
 Cyanus.

C. Pappo plumofo*.

Ciriium.
 Carlina.

D. Pappo fpnfo,

Cnicus.

II. Segrcgatae.

Echinops,
 Gundelia.

DISCOIDEAE.

I. Congregate.

A. Pappo mil

- a. *Thai. nudo.*
 Artemisia.
 Carpesilurn.
 Cotula.
 * * *

- Micropus.
 Ethulia.
 Hippia.

b. *Thai, paleac. I. vif.*

- Santolina.
 Gnaphalium.
 Tarchonanthus.
 * * *

- Abfinthium.
 Evax.
 Iva.
 Clibadhinr.

Pappo cotyloide.

a. *Thai. nudo.*

- Sparganophorus.
 Tanaccium.

b. *Thai, paleaceo.*

- Lonas.
 Anacyclus.

C. Pappo phyllode I. paleac.

a. *Thai, nudo,*

- Ageratum.

b. *Thai, paleac.*

- Athanasia.
 Xeranthemum.

D. Papp. capill. 1. fetac*

a. *Thai. nudo.*

- Cacalia,
 Senecio.
 Eupatorium.
 Swprago,
 Chryfocoma.
 Elichryfum.
 * * *

- Filago.
 Baccharis.
 Conyza,
 Fetulicx.

b. *Thai, vittof. U palettcec*.*

- Anaxcton.
 Pteronia.
 Calea.

1). Pap. plumof. 1. penicillato.

- Sergilus.
 Antennaria.
 Argyrocome.
 Critonia.
 Stxhclina.

F. Pappo ariftato.

- Bidens.
 Spi lan thus.

II. Scgregatae.

- Sphxranthif;
 Elcphantopus.
 Trinafte.
 Stocbc.
 Seriphium.

III. Separate.

- Arnbrosia.
 Xanthinm.

RADIAT.E.

I. Congregate.

A. Pappo nulla.

a. *Thai, undo**

- Bellis.
 Matn'caria.
 Chryfanthemum.

- Unxia.
 ¥ ¥ ¥

Calendula*

- Lancifia.
 m ¥ ¥

- Millerfa.
 Olteofpermiim.

b. *Thai, ojt. L. paleac.*

- Sigesbeckia.
 Phaethufa.
 Achilles.
 Chamxmelum*
 '¥ V ¥

- Gorteria.
 Sclerocarpiis,
 * ¥ *
 Erioccephalus,

Polyminia.

Parthenium.

B. Pappo cotyloitle.

a. *Thai. nudo.*

- Pyrethrum.

b. *Thai, alveolato.*

- Favonium.

c. *Thai, paleac.*

- Leyfera.

JftAnthemis.

Bupthalmum.

Wedelia.

- * ¥ *

Rudbeckia.

- ¥ ¥ «

Melampodium.

Chryfognum.

C. Pappo phyllode.

a. *Thai. nudo.*

- Tagetes.

Helenia.

b. *Thai, alveolato,*

- Ar&otis.

Apulcja.

c. *Thai, paleaceo.*

- Eclopes.

Eclipta.

- * • «

Osmites.

Helianthus.

- • «

Baltimore.

Silphium.

D. Pap. ^ 1 1 . 1. fetac.

a. *Tha^tudo.*

- Jacobsa.

Cincrarria-

Tiifilaga.

Solidago.

Erigeron.

Aster.

Inula.

b. *Thai. vitt. I. paleac.*

Perdiciunu

Arnica.

Trida*.

- * * *



Gazania,
 Zoega.
 ¥ ¥ *

Othonna.

E. Pappo plumofo.
 a. 77JA/ »»«fo.
 Senecillis.
 Mutifia.
 b. Thai, alveol. I. paleac.
 Cnspidia. }
 Cirfellium*

F. Pappo ariftato.
 a. Thai. nudo.
 Peftis.
 Synedrella.
 b. Thai, paleac.
 Verbefina.
 CorcopOs.

G. Papp. difformi, 1. compotito.
 Dorouicum.
 Zinnia.
 Amellus.
 Barnadcfia.
 Aftropterus.
 Bellium.
 Pulicaria.
 Urfinia.

II. S«gregat«.
 Difparago>
 Oedera.
 angiofermae.
 Syzygium.
 Cicia
 Mespnus.
 Pirup.
 cnrvembryte.
 Mcmecylon.

Albuminofue.
 reftcmbrya.
 gymnorpermap.
 Opercularia.
 angiofermK.
 \niloculares.
 Athecia.
 Embryopteris.

bilocularcs.
 integra:
 Spcrmacoce.
 SarilUis.
 Pavetta.
 Ixora.
 Coffea.
 Lobelia.
 bipartibiles.
 Diodia.
 Knoxia.
 Phyllis.
 Pfyhotria.
 Grumilca.
 tri -1. pluriloculares.
 Trixis.
 Phylica.
 Halefia.
 Mori n da.
 Nenax.
 curvembryae.
 Ceratocarpus.
 Salicornin.
 Boerhavia.
 Mirabilis.
 • Pifonia?
 ¥ ¥ ¥
 Pavetta.
 Ixora.
 Coffea.
 Sptrmacoce.

DI - 1. POLYCAKPJE.
 Crucianella.
 Shcrardia.
 Galium.
 Richardia.

SUPERA.

MONOCARP^:.

Exalhiiminofx.
 tcttetnbryx.
 gymnofperm*»
 Valerians.
 Fedia.
 Combretum,

angiofermx.
 lus.
 mus.
 Tans.
 Qiiercus.
 Fagus.
 Caftan ea.
 Traps.
 Evodia.
 Caryophylliw.
 Pimpinella.
 Sicyos.
 Metrofideros.
 «curvembryae.
 Catappa.
 Badamia.
 Myrobalanus.
 Gaura.
 Griclum.
 Nelitris.
 Myrtus.
 Greggia.

Albnminofse.

reftembryae.

gymnofpermnp.
 Scabiofa.
 Knantia.
 Dipfacns.
 Corymbiiim ?
 Thecium.
 angiofermae.
 unilncularcs.
 Loniccra.
 Barringtonia.
 Vifcnn.
 Viburnum.
 Pfydrax.
 Sambucus.
 Trioftcum.
 Adoxa.
 CapriFolium/
 bilocularcs.
 Chiococca.
 Nertera.



Cornu
 tri-1. ~~Aboculxria~~
 Cercoili-ii.
 Hedera.
 Erithalis.
 curvembryiE.
 Ditoca.
 Scleranthus.
 Salfola.
 Ficus.
 Tetragnonia.
 DI-1. POLYCAHP-K.
 UM BELLI FERi£,
 Cephalanthus.
CENTRIPETA.
 Exalbuminofx.
 rectembryx.
 Khipfalis.
 Metrofideros.
 Melalcauca.
 Epilobium.
 Onagra.
 Liulwigia.
 Juflixa.
 Leptofpcrmum.
 Fabricia.
 Guftavia.
 * . *
 Sfyzygium.
 Jawbolifera.
 CaryoplyUus*

curvembryx.
 Cactus.
 Myrtus.
 Melanoma.
 Osbeckia.
 Neurada.
 Albuminofx.
 rectembryx.
 poro dehifcantes.
 Jungia.
 Heuchera.
 Pydrangea.
 Gcsncia.
 Koiilla.
 Jalone.
 Fhytevma.
 Tracbelium.
 Campanula.
 circumfciffx.
 Sphenoclea.
 valvats.
 Samolus.
 Oldenlandia.
 Hedyotis.
 Rapuntiuin.
 Portlaiulia.
 Begonia.
 Breckea.
 Fhibdelphus.
 Montinia.

* * *
 Chryfofplenium.
 inapertac.
 integr*.
 Randia.
 Gardenia.
 Mu flam da.
 Tarena,
 Vaccinium.
 Brunia.
 bipartibiles.
 Cinchona.
 Kauclea.
 curveintrisc.
 Mefembryanthetnum.
CJSNTRI FUG A.
 Bryonia.
 Cue u mis.
 Cucurbita.
 Momordica.
 . . .
 Datifca.
 Grullularici.
 Greggia.
 Guettarda.
 Jambolifera.
V A G A.
 Pella.
 Guajava.
 Punica.
 Aphytcja,

D I C O T Y L E D O N E S .

ifRUCTU SUPERO.

R A D I C U L A .

I H F E R A .
 IVIONOCARPJfi.
 - Exalbumiiofaew
 rectembryx.
 capfnlares aut micament.
 Salix.
 Ceratophyllum.

Ventilago.
 Protca.
 Bankfia.
 Gc Ionium*
 Paullinia.
 ilnii accx.
 Ciiohylli~~ma~~

Zizyphus.
 Paliunis.
 Teftona.
 Lantana.
 Gmclina.
 Premna.
 Vitex.



Illicium.
Xyl[^]pt
 Magnolia.
Michelia.
 curvembryx.
 Limcum.
 Nolana.
 • * •
Dombcja.
Napxa.
Althxa.
Malva.
Lavatera.

RAD. SUPER A.
MONOCARPJ.:
txalbuminofx.
re&cmbryx.
gymnorperm*.
 Aneiftrum.
 Platanus.
Comptonia?
Stellera.
Anacardium.
 angiofermae.
 capfulares.
 Betula.
 Alnus.
Ulmus.
 iEgiceras.
Omphalobium,
Trichilia.
 Moringa.
 drupacex.
 Thymelxa.
 Myrica.
ChioHanthus.
 Pygcum.
 Nitraria.
 Baryofma.
Primus.
 Amygdalus.
Pedalium.
 Tetragaftris.
 baccatx.
 Laurus.

Murraya.
 Ardifia.
aurvembryx.
 Cannabic
 Lupulus.
Hiptage.
Caryolobis.
Rhus.
 Celtis.
Sebctena.
Dammara.
 • * •
BifcutcUa.
Ibcris.
Alyifum.
Lefutium.
Anajatica,
~~Alyifum.~~
Crambe.
CoronopHS.
Ifatis.
Bunias.

Albuminofx.
 rectembryx.
 gymnofpermx.
 Thuja.
 Juniperus.
 Cafuarina ?
 Urtica.
 Parietaria.
 Rheum.
 Globularia.
 Cafflyta.
 Fimelea.
 Dais.

aTigiofermx.,
capfulares.
Plumbago.
P[^]dicnlaris.
 Mclampyrum.
 Fraxinus.
 Polygala.
 Fagara.
 Syringa.
 Ptelca.

Triumfetta.
 Guajacum.
Cedrela.
Heliocarpus.
Oxalis.
Fagonia.
Linum.
 dm[^]acex.
 Olea.
 Kacaja.
 Autidefma.
 Camirium?
 Antclxa.
 Spathclia.
 Sty rax.
 Mclia.
Hugonia.
McfTerchinidia.
baccatx.
Piper.
 Nandina.
 Ophioxylon.
 A qui folium.
 Cyminofma.
 Royena.
 Liguftrum.
 P hilly rea.
 Caffine.
 Limonia.
 Mangoftana-
 curvembryx.
 gymnofpermx.
 Obione.
 Phryma.
 * * *
 Rumcx.
Polygonum.
Fagopyrum-
Atraphaxis.
Perficaria.
Kocnigia.
Brunnichia.
Cocoloba.
liigiofermse.
Faronychia.



Achyranthes.
 Gomphrena.
 Corrigiola.
 Moms.
 Rauwolfia.
 DI " 1. POT-YCARP/E.
 Exalbuminof.
 rc&cmbryae.
 gymnofperm*.
 Aphanes.
 AlchcinilU.
 Agrimonia.
 Sibbaldia.
 Pentaphylhun.
 Cotnarum.
 Fragaria.
 Rofa.
 ¥ . .
 Cerinthe.
 Bugloffuni.
 Borrago.
 CynoglofTum.
 Symphytunu
 Onofina.
 Echimm.
 Lithorpermum.
 Lycopfis.
 Myofotis.
 HcHatropiininr.
 angiofpermz.
 Nephelium.
 Cērbca.
 Tropoeolunu
 Quatfia.
 Spiraea.
 R u bus.
 Si tod him.
 furveinbryat.
 Acer.
 Triopteris.
 RhizoboLus.
 Ajenia.
 Meefia.
 Keliimbo.

Albuminofx.
 Tcftembryar.
 gymnofpermw,
 Cillitriche.
 Myiiophylluni.
 . . .
 Anemone.
 Adonis.
 Atragene.
 Clematis.
 Thalidhiim.
 angiofpermz.
 Mercurialis*
 Tithymalus;
 Acalypha,
 Ricinus.
 Clutia.
 Croton.
 Jatropha.
 Emblica,
 Excoccaria.
 iEgapricon.
 Buxus.
 Bradleja.
 « . . 9
 Bartramia.
 Forskohlea.
 Diofma.
 Zanthoxylon.
 curvembryz.
 Ainlrachne.
 Fhyllanthus.
 Xylophylla.
 Chamxlea.
 » . .
 Menifpermiin*.
 Coliicnia.

RAD. CENTRIPE.TA.

MONOCARP^S.

Exalbuminofs. .
 rdlembryae.
 uniloculares.
 Pinguicula.
 Cuphea.

biloculares.
 anthus.
 B&lcra.
 Rucllia.
 Dianthera.
 triloculares.
 Hypcricum.
 Thea.
 qiadriloculares.
 Elatine.
 Ammannia.
 Scfamum.
 Alcanna,
 quinc - 1. plurilocul.
 Baifamina.
 Citrus.
 Cacao,
 curvembryae.
 Jufticia.
 Dodonxa.
 Hippocailanum*
 Rhcxia.
 Albnminofx.
 reftembryac.
 uniloculares.
 Ortegia.
 Velczia.
 . . .
 Trientalis.
 Euparea.
 Centunculus.
 Anagaliis.
 Limofccla.
 Lyfimachia.
 Cortufa.
 Androface.
 Dotlecathton.
 Primula.
 biloculars. Septo Umplici.
 Receptac.
 obfoUto aut fclitf.
 Veronica.
 Euphrafia.
 Sibthorpia.
 Rhinanthus.

Stcmodia*

- StemoJia.
Erin us.
Buchnra.
Browallia.
Scoparia.
Gratiola.
Melafma.
Peplis.
Exacum.
Celfia.
Hydrolea.
Codon.
Saxifraga.
Ly thrum.
difcreto.
Antirrhinum,
Mimulus.
Dodartia.
Cymbaria.
Calceolaria.
libcro.
Polypremum,
Ophiorrhiz*.
favofo.
Glaucium.
bilamellofo.
Digitalis.
Scrophularia.
Caprarit.
Chclonc.
Manulea.
Schwalbca.
Buddlcja.
Houftonia.
Verbafcum*
Kama.
triloculares.
Olax.
Enargei.
Celafrus.
Polemonium.
Peganum.
Azalea.
- Clethra.
quadri - 1. 5. locular.
Erica.
Pyrola.
Andromeda.
Kalmia.
Rhododendrum.
Gaultcria.
Epacris.
Arbutus.
Penthorum.
Led urn.
An rich or us.
Fraxinella.
eurvembryae.
capfn lares.
niililoculares.
ciYCumfcijf.*
Celofia.
Portulaca.
trivalves.
Talinum.*
Telcphium.
Loefflingia.
Alfme.
Polycarpon.
quadvivalves.
Sagina.
Mcchringia.
Dianthus.
quinqtievalvet.
Agroftemma.
Lychnis.
Spargula.
flurivalves.
Stellaria.
Arenaria.
Holoftcum.
Ccraftium.
biloculares.
NicoGtina.
Hyofcyamus.
triloculares.
Pharnaccunu
- Mollugo.
Saponaria*
Silene.
Cucubalus.
Pittofporutm
quadri - 1. plurilocuL.
Stramoniutiu
Ruta.
Glinus*
Ciihis.
Aizoon.
Hermannia.
Corchorus.
ZygophylHira.
Abroma.
Ceiba.
Vclaga.
Goffypium.
Peiitapetes.
Sida:
Hibifcus.
Klcinhovia ?
baccatar.
Ccfrum.
Lycium.
Capficum.
Attopa.
Solatium.
Phyfalis.
Nicandra.
Mandragora.
Cancella.
Malvavifcus.
- DI - 1. POLYCARP-«-
Exalbuminofx.
reclcmbrys.
Staphylet.
Tribulus.
turvembryx.
Nerium.
Cardiofpermum.
HcUaeres.



Albuminofx.

reftembryx.

Blakwellii.
Afclepias.
Cynanchum.
Vinca.

Tillxa.
Scdum.
Sempcervivunu

Pxonía.

Delphinium*

Aconitum.

Helleboras.

Garidella.

Kigella.

Cimicifuga.

Aquilegia.

Ifopyrum.

Caltha.

Trollius.

Annona.

ciirvembryae.

Abutilon.

RAD. CENTRIFUGA,

MONOCARP-E.

Exalbuminofx.

rcftembryx.

Populus.
- Tamarix.
Afcynim.
Androfsmum.
Parna(T;a.
Martynia.

Cynometra.

Ptrocarpus.

Arachis.

Hymenza.

Guilandiiia.

Tamarindus*

curvembrya.

SILIQ^UOS^ plerxquc.

LEGUMIN. plcrac<iuc.

Albuminofx.

reftembryx. Rceptac.

cbfolcto, f. indcfinito.

Drofera.

Gentiana.

Viola.

Papaya,

definite

unilateralí.

Fum aria.

Aftxa.

* « 9

Cxfalpinia.

Acacia.

Adenanthera.

Glcclitfchia.

Caffia.

Senna.

Foinciana*

Ccratonía.

Cercis.

bilateral!.

Chironia.

Swertia.

Mcnyanthes.

Allamanda.

Lathrxá.

Cyfticapnos.

Capnoides.

Chelidonium.

trihtcrali.

Sarothra.

Granadilla.

Hydnocarpus.

multilateralí.

Argemone.

P*paver.

O

curvembrya.

Beta.

Chenopodiura,

Sn//bia.

* . .

Refeda.

Turnera.

Helianthemum.

Bixa.

Hypecoum.

LEGUMIN. quxdam.

Cleome.

Di-1. POLYCARP.*:.

Liquidambar.

Samadca?

Balanopteris.

Uvaria.

RADIC. VAGA,

redembryce.

Hydrophyllum.

Varcca.

Kiggelaria.

Melicytus.

Besleria.

Muntingia.

Apeiba.

curvembryx.

Myrfine.

Anguillaria.

Aubletia.

Montana.

Adanfonia.

POLYCOTYLEDONES.

Pinus.

Cupreflus?

Rhizophora.

Cananum.

Hernandia?

Lepidiutn.

C E N T U R I M



CENTURIA SEXTA.

DI. PASPALUM. LINN. *gen.* 75.

Flores in altero latere racheos linearis fecundum longitudinem digesti. Calyx uniflorus, bivalvis, ovato rotundatus. Corolla bivalvis, calyci sequalis, per maturitatem femina involvens. Semen corolla corticatum, exfulcum, piano - convexum.

PASPALUM virgatum. Tab. 8^o fig. 1.

Gramen dactylo majus > panicula longa spicis plurimis nudis crassis.* SLOAN. *hiji. jam. l. p. zx*. t. 69. f. 2.*

Paspalum spicidius paniculatis alternis basi villosis, floribus geminis. LINN. *1753*, *veg. 105.9*

PER., nullum, praeter corollas maturae crustam corneam, faturate ferrugineam aut castaneam, bivalvem: Valvula *exteriore* convexa, punctis excavatis longitudinaliter striata atque margine suo inflexo completente v. *interiore* planiusculam, obsolete punctulatum.

REC. nullum.

SEM. ellipticum, piano - convexum, papillosum.

INT. simplex, membranaceum, adhaerens.

ALB. femina conforme, farinosum, duriusculum, album.

SCUT. orbiculatum, tertia parte albuminis brevius.

EMB. linearis, compressiusculum, lutescens.

a.) Spiculum cum fitu florum quadruplici fere longitudinali in rachi membranacea dilatatum. b. c.) floculi maturi fides anterior & posterior. d.) Calycis valvulae diductae. *-E.) Corollas crustaceas latus planum. f. F.) Ejusdem pars convexa dorsalis. g. G.) Seminis decorticati dorsum scutelligenim. H.) Ejusdem pars ventralis plana. I.) Scutellum cum embryone. K.) Embryo preparatus.

Calyces in meis exemplis aequivalves sunt, nee Valvula exterior breviflora, ficuti habet LINNÆUS 1. c.



PASPALUM paniculatum. ibid.

Gramen miliacetm panicula viridi & purpurea. SLOAN, *hiji. jam. I. p. 115. t. J2.*

Paspalum fpicis pctniculatis vertkiUato •aggregatès: LINN. *l. c.*

Paniculac fcapus, ut in praecedenti, tiiqueter, fpiculis (a) inferioribus oppofitis, mediis ternato-verticillatis, funimis alternis: omnibus ad bafin barbatis, cetera autem multo gracilioribus, quam in priori, atque irregularibus flofcu-
lorum feriebus ftipatis. FJofculi (b) pufilli, in communi pedunculo capil-
lari gemini, piano convexi. Crufta feminis (c. C. D.) coriacea, glabra, nitida, vix ftriata, ftraminea auc pailide viridis. Semen (e. E.) rotunda-
turn, piano-Convexum, pallidum. Reliqua ut *in* praecedenti.

PASPALUM diftichum. ibid.

Paspalum fpicis duabtis: altera feffili, floribttis acuminatis. LINN. *jyftl veg. 105.*

Spicae terminales (a) genrinae, flofculis fubalternis, in fingula ferie circiter vicenis. Calyx (b. c. d.) ovato - acuminatus, valvula altera (d) concava, altera plana; utraque in medio linea longitudinali exarata. Corolla matura (e. E. f. F.) calyci conformis, cruftacea, nitida, minutim pundliculata, pal-
lide ftraminea. Semen (g.)"ovatum, furfum anguftatum, plano-convexum, "rutefcens aut ferrugineum. Reliqua ut in prioribus.

PASPALUM tenue. ibid.

Paspalum fpicis conjugatis. BERG. *A& helv. VII. p. 12\$* t. 8/*

Habitus, antec^dentis, fed culmi duplo longiores atque graciliores. Spicse ter-
minales (a) geminae, fubquadripollicares, lineares, dillichx, flofculis in
fingula ferie circiter odogintis. Calyx (b. B. C.) ovato - acuminatus, mem-
branaceus, tenuiffimus, fubdiaphanus, ad oram ciliatus. Seminis crufta
(D.E.) pallida, cetera praecedenti fimilis.

DII. HOLCUS. LINN. *gen. 1146.*

Flores mafculi atque hermaphroditi in eodem culmo, quin fxpe intra eun-
dem calycem communem: ifti corolla deftituti. Cal. bivalvis., uni-bi-
triflorus. Cor. bivalvis: valvula altera e dorfo ariftata. Semen exfulcum,
nudum aut calyce tedum.

HOLCUS Sorghum. Tab. 80. fig. 2.

Sorghum album. Miliun itidicum. BAUH. *hifl. 2. p. 449**

Sorghum fru&u albo. BESL. *Eyjl. autumn. II. t. 13. f. 2.*

*Holcus panicula coar&ata ovali, locujiis hermaphroditis ovatis vil/qfis, feminibus
rotundis comprejfis.* MIEG. *A& helv. VIII. p. 125. t. 4. f. 3.*

Holcus glumis villojis, feminibus comprejjis arijtatis. LINN. *Jyji. veg. 7\$9.*



PER. & REC. nullum.

SEM. nudum, liberum, subglobosum, utrinque compressiusculum, absque splendore glabrum, lacteo - album, puncto umbilicali nigro.

INT. (implex, membranaceum, arde adnatum.

ALB. femini conforme, subcartilagineum, opacum, album.

SCUT, rotundatum, longitudine dimidii fere feminis.

EMB. linearis, figmoideus, lutescens.

a.) Ramulus paniculatus mature preparatus, calycibus masculis subulatis atque hermaphroditis subglobosis stipatus. B.) Flores hermaphroditus, naturali paulo major, calyce membranaceo, villosus, albo. C.) Corolla bivalvis, membranacea, tenuissima, diaphana, roseo colore suffusa & ad margines villosa: Arista dorsalis tortilis, geniculata, caduca. d. e.) Semen nudum, ab utroque latere spatulatum. f.) Eiusdem ut & albinis sectione transversalis. G.) Scutellum cotyledoneum cum fitu embryonis. H.) Embryo solutus,

Varietates hujus insigniores sunt:

Holcus bicolor. LINN. 1. c.

Calyx aiaturils cartilagineus, ater, splendens. Semen nudum, procedenti per singula punda adeo simile, ut dentis calycibus nullo modo ab invicem distinguantur queant.

Holcus rubens.

Sorghum frutescens rubro. BESL, *Eyft. autumn. It. 1.13. f. 1?*

Chomou mille. Caffris. A Sereniff. CAROLINA March. Bad. missu*.

Calyx maturus carilagineus, dilute castaneus, glaberrimus, splendens, femine dimidio brevior, Semina nuda, obovato globosa, versus basin valde acuminata, rutilantia 1. subfanguinea, non splendens. Scut cotyled. grande, dimidio albumine longius.

HOLCUS saccharatus. ibid,

Milium arundinaceum five indicum, femine subrotundo. MORIS. *vis. 3. S* 9.*
*• 5' /• 7- °b floculos turbinatos.

Sorghum Battarl. RUMPH. *amb. 5. p. 194. t. 75. f. J. fecundum* LINN.

Holcus paniculatus parva lateralis, loculis hermaphroditis visceribus ellipticis, feminibus ovalibus. MIEG. *ji&. helv. VIIh j). ixy. t. 4. f. 1.*

Holcus glaberrimus visceribus, feminibus omnibus aristatis. LINN. /• c.

Panicula oblonga, laxa: Racemulis maturis (a) horizontaliter patentibus. Flores (a. b.) fere obovati, obsolete angulati. Calyx (b. c.) uniflorus, viliulis maturis coriaceis, glaberrimis, splendens, stramineis aut ferrugineis, femine arde claudens. Corolla (c) membranacea, tenuissima, ad margines villosa: Arista dorsalis fetacea, brevis, geniculata. Semen (d. e.) ellipticum,



ticum, calyce & corolla perfertentibus tedium, hinc (d.) convexum, inde (e) planiusculum. Albumen (F) camlagineum. Scutellum atque Embryo iat in praecedenti.

Calyeis villofitas aequae inconstans est atque eius color: illa enim per maturitatem fere Temper exiit; hic autem fsepius in nigrum vel atrum mutatur, quare ab istis notis in definienda specierum differentia plane abstinendum. Inter H. *Sorghum* atque *Saccharatum* non aliud certius datur discrimen, quam quod a femine vel nudo, vel incruftato defumitur, nam in habitu & reliquis partibus, discrepantia levis aut nulla est.

DHL CENCHRUS. LINN. *gen.* 1149.

Involucrum commune monophyllum, hispium, lacerum, bi-tri-quadriflorum. Flores geminati, altero masculo, altero hermaphrodito. Calyx & Corolla bivalves; valvulis acuminatis, muticis. Semen exfulcum, liberum, tedium.

CENCHRUS echinatus. Tab. go-fig. ?.

Or amen americanum spica echinata* major thus locujlis. Y?L,VTL. phyt. t. 92. f. 5.*

*PanicafreSa americana major annua > [pica laxa ptirpwafcente^ MICH. gen. p. 3^g > *• 3***

Cenchrus [pica oblonga conglomerata. SCHREB. gram. 2. p. ff. t. 2\$. f. i. LINN. fyfi. veg. 907.

PER. & REC. nullum.

SEM. liberum, calyce & corolla perfertentibus tedium, ellipticum, piano-convexum, pallide ferrugineum.

INT. simplex, membranaceum.

ALB. farinofum, duriusculum, album.

SCUT, ellipticum, dimidia femine paulo longius ac in eius latere piano iocatum!

EMB. linearis, reclus, intra scutelli ruffam delitescens.

a. b.) Involucrum subglobosum, coriacum, extus spinulis firmis convergentibus echinatum > intus (c) glabrum, cetera monophyllum, superne autem in varias lacinias spinosas feum, & a latere, quo culmum respicit, fissura longitudinali ad basin usque divisum. Flocculi fertiles, plerumque gemini (d.), etiam terni aut quaterni, sed hi fatui & mere membranacei. e.) Calyx cum corolla, f.) Corolla femine includens. g. G.) Seminis hinc convexum. H.) Eiusdem pars plana, scutelligera. I.) Albuminis ferro transversio. K.) Scutellum cum fitu embryonis. L.) Embryo feperatus*

DIV. MELICA.



DIV. MELICA. LINN. *gen.* 8a.

Calyx bivalvis, biflorus cum *Rudimento* uaius aut duorum flocculorum fatu#-
rum, Corolla inaequalis, mutica. Semen fulcatum, nudum.

MELICA nutans. Tab. go. fig. 4.

Grannen montanum avenacem. MORIS, *hif.* 3* p. 215* & \$. * 7* f- 4&-

Poa panicula laxa, locujlis nutantibus dianthis, alterno flocculo imperfeSto, HALL.
hif. n. 1472.

Melka petalis imberbibus, panicuta nutante fimplici. SCHREB. *gram.* x. p. 63.
t. 6. 1. 2. LINN. *Jyft.* veg. 112.

PER. & REC. nullum.

SEM. nudum, liberum, ovato-oblongum, deorfum attenuatum, fubteretius-
culum, hinc convexum, inde fulco longitudinali medio infcriptum, ce-
tera glabrum, lucidum, quad oleo illitum, faturate fpadiceum, ut fere
caftaneum.

INT. fimplex, tenue, membranaceum.

ALB. farinofum, album, fubtranfparens.

SCUT, oblongum, quarta parte feminis brevius, anguftum, profundo fulco
infcriptum.

EiUB. Jinearum, redus, lutefcens.

a.) Paniclx pars fuptema cum locuftis. B.) Loafita natufalis major, aim ihiobus flocculis
fertilibus, totitemque incomplete pyriformibus. C.) Corollx valvule diduAx. d. D.) Seminis
pars coi^vexa, fcutelligera. E.) Ejusdem pars ventralis fulcata. F.) Albumen tranfverfe
fedlum. G.) Scutelliim cum Embryone.

DV. ORYZA. TOURN. *inf.* t. 296.

Calyx uniflorus, bivalvis corolla mucosities minor. Cor. bivalvis, valvulis
navicularibus fulcatis: altera ex apice ariftata. Stam. fex. Semen exful-
cum, includum, liberum, aut corolla adnata incruftatum: Scucello margi-
nali.

ORTYZA fativa. Tab. 80. fig. f*

Oryza. DOD. *ptmpt.* 509. CAM. *epit.* i\$£. LINN. *Jyft.* veg. 345.

PER. & REC. nullum. Corolla pallide ftramitlea, longitudinaliter fulcata,
cruftacea, femert arde claudit; nee dimittit.

SEM. ellipticum, lenticulari compreffum, duabus in utroque latere atque unica
in ventrali acie ftriis obfoletis notatum, pallide albicans.

INT. tenuiffimum, ardWffime adnatum, ut vix ullum.

ALB. farinofum, duriiUmum, femipellucidum, albicans*

SCUT.

SCUT, ellipticum, tertia feminis parte brevius, & in ejus acie dorsali pos-
JEMB.. linearis, rectus, niveus.

a.) Paniculae racemus. b.) Corolla aperta cum femine in fitu. c.) Semen a latere spe-
ctatum. D.) Albuminis sectio transversalis, cum litu Scutelli in acie feminis dorsali. E.) Scu-
tellum a fronte spectatum. F.) Embryo solutus.

Oryza Paddy-homing fumatrana. Calycis valvulae lineari acuminatae, appressae,
splendentes, niveae. Corollae mature theca crustacea, oblonga, striata,
utrinque acuminata, subfalcata, extus fulva, intus pallida. Semen ob-
longum, curvulum, striatum, compressum, pallidum, subtransparens.

Oryza in ficibus crescens, Ebbas didla. Cum praecedenti a Car. Millero e Su-
matra missa. Calyx ut in priori, sed spadiceus. Corollae theca elliptico-
-oblonga, non falcata, sed alteri tantum latere paulo magis gibba, fordide
lutea, subpubescens. Semen longe ellipticum, striatum, album, opacum.

DVI. PHALARIS. LINN. gen. 74.

Involucrum uniflorum, bivalve: valvulis compressis, navicularibus: carina
supra medium membranaceo marginata. Calyx Bivalvis, inaequalis, co-
rolla dimidio brevior. Cor. bivalvis, subaequalis. Semen liberum, co-
rolla incompressum, exfulcum: Scutello marginali.

PHALARIS canariensis. Tab. 8^o* fig* 1*

Phalaris major, femine albo. MORIS, *hijl. j. S. 8. t. 3. f. r.*

Phalaris panicula subovata speciformi; glumis carinatis. SCHREB. *gram. 8j.*
t. it. f. 2.

Phalaris canariensis, & bulbosa. LINN. *fyft. veg. 103. 104.*

PER. nullum, praeter corollae mature crustam coriaceam, glaberrimam, splen-
dentem, cujus valvula altera alteram fere totam complectitur atque femine
ardle claudit.

REC. nullum.

SEM. ovatoacuminatum, lenticulari compressum, turgidulum, melinum; mar-
gine altero linea nigro fusca notatum, altero ad basin scutelligerum.

INT. membranaceum, tenue-

ALB. farinosum, candidum.

SCUT, oblongum, dimidio femine brevius, marginale.

EMB. teretiufculus, redus, ladleus,

a.) Panicula matura, naturali dimidio minor. b.) Involucrum chnsum. c.) Calyx cum corolla,
d.) Corollae valvulae diductae. e.) Semen a latere spectatum. F.) Albumen transverse sedum
cum fitu Scutelli. G.) Scutellum a fronte spectatum. H.) Embryo separatus.

Corolla



Corollae mature theca colore multum variat, deprehenditur enim laeae, framineo albicans, cinerascens, livida, spadicea; castanea, quin & nigra* semper autem glabra & splendens est.

DVH. ANTITRAGUS.

Flores capitati, duobus aut tribus. foliis, basi vestricosis, involucrati. Cal. uniflorus, bivalvis j valvulis inaequalibus, compressis-carinatis. Cor. sequivalvis. Stam. duo aut tria. Semen nudum, exfulcum: Scutello marginali, ANTITRAGUS aculeatus. Tab. 80. fig. 7.

Cramen aculeatum - CAM. epit. 745.

Graminis species singularis — an *Dactylis*. PALL. fl. ruth. 2. p. 733. t. K.f.Y. & tab. Q, 1. 2.

Schoenus-aculeatus. SCHRËB. gram. 2. p. 62. t. 32.

Schoenus — *Phlewn* — *Anthoxanthum aculeatum*. LINN. Jyfl. veg. XII. p. 81. — XIII. p. 52. — XIV. p. 73-

PER. nullum.

REC. commune conicum tuberculatum, undique flocculis tedium; partim nullum.

SEM. literum, exfulcum, calyce & corolla persistentibus laxè circumdum, subellipticum, lenticulari compressum, pallidum, ad scutelli fœdus fulcum aut castaneum, glabrum, non splendens.

INT. simplex, tenuifolium.

ALB. farinosum, album, subtransparens.

SCUT. lineari-lanceolatum, longitudine fere ipsius feminis & ad alterum ejus marginem profectum.

EMB. longus, subulatus, lutescens.

- a.) Capitula matiora, subglobosa. b. B.) Flocculus separatus. c. C.) Semen a latere profectum. D.) Albumen transverse fectum, cum iitu scutelli. E.) Scutellum solutum cum suo Embryone.

A Schoeno abundè differt embryone scutellato; a Phleo, calycis & scutelli cotyledonei forma atque fitu & ab Anthoxantho, defectu nectarii aristati, ut & tota sua facie externa. Ergo proprii generis planta, cui cum Kali f. Trago aliqua similitudo est. Anne autem jam PLINIO nota fuerit? quando inquit: *Est alia herba Tragos, semipedem alta, fruticosa, sine foliis, pufiUis racemis rubentibus, grano tritici, acuto acumine, & ipsa in maritimis nascens.* L. XXV. fœd. 17. p. m. 440. — id aliis enodandum relinquo.



DVIII. TRITICUM. TOURN. *infl. t.* «Q₂. 293.

Flores spicati. Calyces bivalves, submultiflori, ad fingulum racheos dentem finguli. Cor. bivalvis : valvula exteriorae faepe ex apice ariffata. Semen fulcatum, nudum aut corolla incrustatum. Embryonis radiculae ternae.

TRITICUM hybernum. Tab. fli. fig. 1.

Tritium hybernum ariftis carens. BAUH. *pin. sr.* TOURN. *htfl. t. zgz. f. M. M. M.* BLAKW. *herb. t. 40. f. II. III.* GLEICH. *t. 16.*

Triticum locujjis imbricatis quadrifloris, glabris muticit. HALL. *hifl. n. 1422. tt.*

Triticum calycibus quadrifloris ventricofis lavibus imbricatis submuticis. LINN. *fyfi. veg. 126.*

PER. & REC. nullum. Corolla per *aturitatem coriacea femiei involvit.

SEM. ovatum, utrinque acuminatum, apice pubescens, hinc triquetrum - convexum, inde fulco profundo exaratum, meliium aut subpubescens.

INT. tenuissimum, membranaceum.

ALB. farinosum, friabile, candidum.

SCUT, ovatum, vix tercia feminis parte longum, ladteum.

EMB. ovato-oblongum, lutescens. Plum, subparabolica, compressa, Radic. tres, subcylindrica, in Scut^{alli} basi nidulantes.

«.) Spicae maturae truncatae pars inferior, b.) Locusta, racheos denti infertens, separata: Calyce bivalvi, emarginato - truncato: Corollis quaternis 1. quinis, muticis aut ex apice ariffatis; Ariffis ipsa corolla raro longioribus. <J.) Seminis pars ventralis, fulco exarata. d.) Ejusdem lateris dorso scutelligerum. E.) Scutellum a fronte spectatum cum Embryone toto ilenudato. f. g.) Semen germinans, producens deorsum iacinulam carnosam (>), e scutello oriundam, furfum vero vaginam cotyledoncam (h), membranaceam, purpurascens, e qua demum rupta, verum folium gramineum (i.) truditur.

TRITICUM album, *ibid.*

Triticum ariftis longioribus, spica alba, BAUH. *phi. 2t.* TOURN. *infl. t. 293.*

Triticum chalepense, spica brevior? nitidissima alba. MORIS, *hifl. \$. p. ifg.*

Triticum calycibus quadrifloris ventricofis glabris imbricatis ariffatis. LINN. *fyfi* veg. I: c.*

Jeon. Sem. MAI^{PIGH.} *Op. omn. p. m. 8\$. t. 54. f. 325. A— G.*

Spica, haec truncata (a), subquadrangula, disticha, arde imbricata *Locustis* (b.) tri > 1. quadrifloris; flocculis duobus inferioribus folis fertilibus. Calycis glumae leviter ventricof*; glaberrimae, nitidae, albae, in dorso argute carinatae, mucrone subadunco terminatae. Corollae fertiles longiflimis ariffis ex apice intrudae : reliquae muticae. Semen (c. d.) priori minimimum, paulo faltem



faltem ventricofius & magis rufefcens. Albumen (e. E.) profunda rima in-
diũm, nivei colons. Scutellifm (F. a.) & Embryo (F. /S) ut in pruece-
demi. Semen germinans (g. h.) ab utroque latere fpe&atum. Vagina (i[^]
pallidaj Folium primum (k) leviter pubefcens*

TRITICUM monococcum. ibid.

Erwnentum monococcuifu *DOD. *cereal*, p* m. 34.

Zea oriza di&a^ feu monococcos, germanica. BAUH. *theat.* 4t\$. MORIS, *hif*.3.
S. 8. t. 6. f. 2.

*Triticum [pica difticha, fioribtis ternis, fertiti unico, glwnis tridentatis% florali
arifiata.* HALL. *hiJL* n. 142\$.

Triticum calycibus fibtrijloris: primo arifiato, intermedia JlerilL. LINN. *fyft** veg.
I. c.

Spica (a) difticha, arde imbricata, compreffiufulca, fubanceps. Locufbe (b)
floculis tribus aut quatuor, quorum unicus fertilis & longiflime ariftatus,
reliqui fteriles, mutici, aut aritta breviffima muniti. Semen (c. d.) ovatum,
utrinque acuminatum, triquetro -compreflum, hinc fulcatum, palhde rufet
ceiil. Albumen (e.) farinofum, fere bipartitum. Scutellum (F.) & embryo
ut in reliquis. g. h.) Semen germinans, cito quinque radículas, uti T.
ajli vna prom ens.

DIX, SECALE. TOURN. *in/I. t.* 294. LINN. *gen.* 97.

Flores fpicati. Calyces bivalves, biflori, in fingulo racheos dente finguli.
Cor. bivalvis: valvula altera ^c apice ariftata. Semen liberum, hudum,
fulcafeum, vertice obtufo. Embryonis radicube ternse.

SEC ALE cereale. Tab. gx. fig- 2.

Secale. FUCHS. *germ. ic.* 439. DOD. *cereal*, p. 50. CAM. *epit. xyo.* MORIS.
hijh \$. S. *if. t*> 2. f. J. BLAKW. *herb. t.* 424.

Seeale glumamm ciliis fcabris. HALL. *hijt.* n. 1421. LINN, *fyft** vig- t2\$.

PER. & REC. nullum. Corolla femem dimittit.

SEM. oblongum, apice pubefcens & quad truncatum, inferne anguftatum &
valde acuminatum, hinc triquetro convexum, inde profundo fulco in-
fcriptum, melinum.

INT. tenuiffimum, membranaceum.

ALB. farinofum, duriufculum, album.

SCUT, ovato-oblongum, tertiam circiter feminis partem xquans, la<5leum.

EMB. oblongifls, lutefcens. *tlunu* oblonga, comprefla. *RadicuU* tres, fub-
cylindricx.

Tons. I



a.) Spies matirae & truncatae pars inferior, b.) Locnsta feparata. c, d.) Seminis fades anterior & pofterior. e.) Albumen transverfe feftum. F.) Scutellum cum Embryone denudato. g. h.) Semen germinans: vagina eotyledonea faturate purpurca.

DX. HORDEUM. TOURN. *inft. t. 295.* LINN. *gen. 98.*

Flores fpicati, ad fingulum racheos denticulurn terni. Cal. uniflorus, bivalvis: valvulis anguftis, acuminatis, diftantibus, involucrium (fie didlum) hexaphyllum jundtim formantibus. Cor. ariftata. Semen corolla corticatum. Embryonis radiculx fenae.

HORDEUM hexaftichon. Tab. gi. fig. j .

[%] *Hordeum polyjtichon hybernum.* BAUH. *theatr. 439.* MORIS, *hijt. 3. S. 8. t. 6.*

f- 3-

o

Hordeum [pica polyjlucha, floribus omnibus hermaphroditis, longe ariftatis. HALL. *hijt. n. 1534.*

Hordeum flofculis oymiibus hermaphroditis ariftatis, feminibus fexfariam aqualiter pofitis. LINN. *fyft. veg. 125.*

PxR. & REC. nullum. Corolla matura coriacea Temen involvit, nee dimittit. SEM. ovatum, utrinque acuminatum» fubangulatum, area dorfoli plariiufcula, ventre gibbo, profunda rima caefo.

INT. tenuiffimum, membranaceum, lividum.

ALB. farinofum, durum, album.

SCUT. ovatum, quartam feminis partem longum, niveum.

JEMB. compreflus, oblongus. *Fluin.* linguiformis. *Radic.* papigofae, fenx, duplici ferie pofitx.

a.) Spica matnra tmncata. b.) Flofculi racheos denticulo infcetes. c. d.) CorollaE maturac facis anterior eft pofterior. e.) Seminis decorticati pars dorfolis. f.) Ejusdem latus ventrale. G.) Albumen transverfe feftum. H.) Scutellum cum Embryone denudato.

HORDEUM diftichum. *ibid.*

Hordeum vulgare dijlichum. MORIS, *hifi. 3. S. 8. l. 6. f. t.*

Hordeum flofculis lateralibas mafculis miiticis, feminibus angularibus imbrkatis. LINN. *Jyft. veg. L c.*

Spica (a.) compreffiufula, feu transverfim latior quam craffa, duplici ferie flofculorum defeclivorum (/ . a .) in utroque latere piano, atque fimplici ordine flofium fertilium ad utrumque marginem ftipata. Galycis valvulae (/ £ •) lineares, corolla dimidiq breviores. Corolla maturf (b . c . d .) coriacea, angulata, iemini adnata, apice delineus in Ariitam fibi fedecies IO11-

giorem.



giorem. Sem^h decorticatum (e. f. G.) ovatum, fulcatum, angulatum. Sciellum (H.) rotundatum. Embryonis radice fex, papillares.

DXI. ZIZANIA. LINN. *gen. 106z.*

Flores masculi & feminei in eodem culmo. MAS. Cal. nullus. Cor. bivalvis, mutica. Stam. fex. FEM. cal. nullus. Cor. bivalvis, ex apice ariftata. Semen fulcatum, corolla incrustatum.

ZIZANIA palustris. Tab. 82. fig. 1.

Zizania JylveJiris affurgens tennis & ramosa, panicula laxa racemosa. BROWN. *hijl. jam. 340.*

Zizania panicula inferne racemosa, superne spicata. SCHREB. *grant* 2. p. 54, t. 29.*

Zizania panicula inferne racemosa mascula, superne spicata feminea. LINN. *fyjt. TMg. 855.*

PER. & REC. nullum. Corolla matura coriacea femine arde claudit, uec dimittit.

SEM. oblongum, teretiufculum, inferne paulo angustius, nigro aut ferrugineo-fucum, hinc convexum ftria notatum, inde fulco parum profundo exaratum.

INT. fimplex, mernbranaceum.

ALB. farinofum, durum, ex aquo aut livido albicans.

SCUT, lineari-lanceolatum, acuminatum, longitudine fere albuminis.

EMB. figura & longitudine fcutelli, lutefcens.

a.) Corolla matura a dorfo fpeftata, ad ortum ariftae fubulato - fetaceae barbata. b.) *Ejusdem* latus ventrale. c.) *Ejusdem* nee non Albuminis feftio transversalis, qua angulata corollae forma & valvularum fuarum arita commiffiura monftratur. d.) Valvulae diductae, utraque fed iriaequa- hter ariftata. e.) Seminis pars dorfalis fulcata. f.) *Ejusdem* latus convexum ftria tenui liotatum. g.) Albumen denudatum. h.) Scutellum embryoni junctum. i.) Embryo feparatus.

DXII. SACCHARUM. LINN. *gen. 73.*

Calyx bivalvis, uniflorus, extus ad bafin longa lanugine ftipatus. Cor. bivalvis aut nulla. Semen liberum, exfulcum.

SACCHARUM fpontaneum. Tab. 82. fig. 2.

Kerpa. RHEED. *mat. 12- p- 5- 4-*

Saccharum foliis convolutis, panicula effufa, fpick capiUaribus fimplicibus, floribus remotis involucribus geminatis: altero pedunculato. LINN. *fyjl. veg. X03.*

Ex herbario Bankiano.



PER. & REC. nullum. Calyx aut corolla femet laxe iiiyolvit & Iponte dimittit.

SEM. minutulum, ovato globofum, obfoletiffitne trigoaum, exfulcum, pallide rufcfcens.

INT. tehuiifimuin, membranaceum.

ALB. farinofum, aqueo - pallidum , fubtranfprens.

SCUT. fubrotundura, quartam fenninis partem longum, niveum.

EMB. linearis, re&us, lutefcens.

a.) Panicuhe portio. A.) Flofculorum fitu9 proprius. B.) Calycis, baft lanati, valvute ditlnftx.
c. C.) Semen a ventre, & D.) idem a latcre fpe&atum. P.) Seutelhim cum Embryone.

Corollam univalvem, quam LINN[^]US *mtmU p. J&j.* huic gramini tribuit, in tneis exeinplis fruflra quaefivi.

DXHL REST 10. LINN. *gen.* 1331.

Flores mafculi & femtrtet irt cHftinc&s culmis. MAS. Spica ovata, imbricata fquamis unifloris mcfmbranaceis. Cor. hexapelata, perfiftens. Stam. tria. FEM. Involucrum fpiciforme , uniflorum , ovatum, imbricatum fquamis quatuor 1. fex, membranaceis, ovacis, lange acuminatis. Cal. nullus, fed ejus loco orbiculus fpongtofus, corollae ad aliquam diftanciam fubjedlus , mine rotunde trilobus , nuuc vero ftellato - fexdentatus. Cor. membranacea, hexapelata: pecalis rotundatis, concavft, fpadiceis, margine albis. Styli tres. Nux lapidea %nilocularis. Semen unicum , fubgloborum.

REST 10 dichotomus. Tab. %2. fig. j.

Equifetum jnnceum nigrinodium. BREYN. *Cent. ifS. t. <)t.*

Refst to dichotomus , fcapis jlvriiferis longiffimis , pamcula filiformi ma suite laxa, fpicis vblongis fquarrofis. ROTTB. *defer, p. 2. t. i. f. I. mas.*

Refstio ehnnis dichotomis, fpicis folitariis. LINN. *fyft. veg. 881.*

Ex dono Cl. THUNBERGII, qui monrat, effe varietatem majorcm R. & * *chctomi* communis.

PER. NUX elliptico globofa, lapidea, glabra, extus & fradhrra nigro-caftanea, intus pellicula alba veftita, unilocuhris, evalvis, corolla perGftente bafi cindU.

REC. nullum : femem vertici nucis aflSxum,

SEM. unicum, ovato - globofum, pallide ftramineum aut rufcfcens, lata are» umbilicali nigro-fufca in vertice notatum.

INT.



INT. (Implex, membranaceum, tenue.

ALB. femini conforme, carnosum, aqueo-pallidum.

EWLB. subcylindricus, brevissimus, monocotyledoneus, in basi albuminis locatus.

a. b.) Involucrum femineum nucem excipiens. c. d.) Nux in situ naturali atque inverso, cum adherentibus sibi feminei floris reliquiis. E.) Corolla separata. F. G.) Eadem inversa, cum orbiculo fungoso, trilobo, antefixato. h.) Nux transversa. i.) Semen in situ naturali, cum fovea verticis area. K.) Albumen transversum — & l.) idem longitudinaliter sectum.

Floris masculi charactere LINNÆUS rectius, quam ROTTROELLIUS tradidit; sed feminei floris character Linnæus, maximam partem erroneus est, & præter falsam fructus fabricam, id quoque peccat, quod femineas spicas masculis similes, adeoque & multifloras, innuat. Monemus cetera, quod in nostris exemplis ne unicum quidem femineum fuerit probe maturum; quare alii in veram sedem Embryonis ulterius inquirent: nam potest ille forsitan in vertice femineis, sub area umbilicali esse locatus, et si Sclerite & congenerum fabrica, id suadere non videatur.

3s* *UTV H/E NE.* vid. Vol. i. p. 28-

HYPHENE crinita. Tab. 9i. fig. 4.

Ex feminario hort. Amstelod.

Drupa (a. 3. y.) obovata, versus alterum, & rediuculum latus in aciem obtusissimam compressa, spadiceo fusca, magnitudine volve manus. *Cuticula* (J3.) tenuis, membranacea. *Putamen* (2. 7.) uniloculare, corneo-coriaceum, tenacissimum, fibris capillaribus rigidiusculis densissime confectum, æquabiliter crassum, præterquam in supremo dorso arcu, ubi crassities ita deliquescit, ut foli fere circum regionem istam teneant & proxime subjunctam embryonis papillulam obtegant. *Receptac.* in fundo putaminis ex fibris lignosis, basi femineis insertis. *Semen* (\$) grande, subglobosum, hic in obtusissimam aciem compressum, inde insigniter gibbum & rotundatum, ac ad apicem in brevem umbonem productum, *Integ.* firriplex, crassum, rufescens, extus furfuraceum, intus crustaceum, albumini adlit lime adnatum. *Albumen* (e.) femini conforme, cartilagineum, obfoletis fibris subrummatum (w.), album, juxta verticem area subrotunda (^) cum papillula embryonæga (&) notatum, intus amplissima cavitate inani exculptum. *Embryo* (S. l.) monocotyledoneus, conicus, in versus, lacteus, in vertice albuminis locatus. *Radic.* orbiculata, planiuscula, supera.

Ergo Hyphene omnino proprii generis Palma est cui hactenus foli embryo contingat in vertice femineis positus.



DXIV. ERIOCAULON. LINN, *gen. 100.*

Flores aggregati, masculi atque feminei in eodem receptaculo communi globoso paleaceo. MAS. Cal. nullus. Cor. tripetala, extus hirsutula. Stam. sex. FEM. Cal. nullus. Cor. hexapetala, masculis fimbriatis. Ovar. subrotundum, trigonum. Styl. tres. Capf. pedicellata trilobularis. Sem. folitaria.

ERIOCAULON fetaceum. Tab. 8j. fig. i.

Tsjern - kofsjiletti - pullu. RHEED. *mod. 12. p. 129. t. 63.*

Randalia malabarica, capiUaceo folio. PETIV. *gaz* t. 53. f. 10.*

Gramen junceum^ chamameli capitulis albis aphyUis, minus. BuRM. *zeyl. toy.*

Eriocaulon culmo fexangulari, foliis fetaceis. LINN. *fyjl. veg. 127.*

PER. Capfula subrotunda, argute trigona, membranacea, diaphana, pedicellata, trilobularis, vix dehiscens.

REC. nullum, prater angulum internum loculamentorum, cui femina fuperne affixa.

SEM. in finguulo locub finguulum, minutulum, compressum, ovatum, fupra rotellatum, glabrum, rufescens.

INT. fimpliciflimum, tenue.

v

ALB. femini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. monocotyledoneus? minutiflimus, in fuprema albuminis parte locatus.

a. A.) Planta magnitudine naturali, cum vaginis foliorum, ipfis autem foliis delapsis. b. B.) Corollula masculina, c. C.) Corolla feminea. d. D.) Capfula integra. E.) Eadem transverse secta. F.) Semen in fitu naturali. G.) Idem transverse — & H.) longitudinaliter sectum, cum rmlimento Embryonis. I.) Palea receptaculi communis, fuperne villosa & infigniter aucta.

Embryonis formam atque fabricam in minutiflimis nee rite maturis feminibus non distinde vidi, quare alii determinent, num monocotyledoneus, ane vero dicotyledoneus fit? prius interim fuadent, ternarius loculamentorum & fenarius flaminum numerus, nee non plantae habitus, ad Juncos accedens*

DXV. HEMEROCALLIS. LINN. *gen. 433.*

Liliafphodelus. To URN. *infl. t. 179. **

Cal. nullus. Cor. fexpartita, campanulata, aequalis, fuperne reflexo-patens. Stam. sex, declinata, incurva. Ovar. fuperum, subrotundum. Styl. fimplex. Stigm. trigonum. Capf. ovata, trilobularis. Sem. plura subglobosa.



HEMEROCALLIS lutea. Tab. 8j. fig- *•

Liliafphodelus luteo jlore. CLUS. *hijt. J. p. 137. c. ic.*

Afphodelus liliaceus, luteo odorato jlore. BESL. *Eyfl. vern. IX. t. 5. / . j .*

Hemerocallis foliis tineari fubulatis carinatis, corollis flavis. LINN. *fl[^]?. x/[^]. 339.*

Jcow. JACQ. WJ. -3. * . IJ[^].

PER. Capfula fupera, elliptic[^], utrinque profunde umbilicata, trigona * trilocularis, trivalvis. Valvulae coriaceae, cinnamomeo .-rufefcentes, extus e fulco depreflb, nervis traaisverfis elevatis, intus autem fepto medio longitudinali ftipatae.

REC. nullum, praeter angulum centralem loculamentorum, e quo femina duplici ferie pendent.

SEM. plura ,6 — 8 in cjuolibet loculamento , grandiuacula , ovato - globofa, verfus umbilicum acuminata & ad mutuum contadlum angulata, aterrira, lxvigata, fplendentia. Umbilicus linearis , brevis, niveus, prope apicem feminis.

INT. duplex: *exterjus* chartaceum, aridum, tenues *interim* fpongiofum, ad* natum, fpadiceum.

ALB. femini conforme, carnofum, album.

EMB. monocotyledoneus, longitudine fere albuminis, fubteretiufculus , leviter incurvatus, laeclus. *Cotyl.* fubclavata, angulato - comprefla. *Rad.* • capitata, centripeto - fupera.

a.) Capfula integra. b.) Eadem iliireAa, eum fitu feminum naturali. c.) Semina foluta. d.) Tefta feminis aperta, cum fitu & iignra nuclei, c.) Albumen denudatum. f.) Ejusilem fedio longitudinalis, cum fitu einbryonis. F.) Embryo fulutus.

DXVI. CRINUM. LINN. *gen.* 405-

Involucrum fpathaceum umbelliferum. Cal. nullus. Cor. iirfundtbuliformis, monopetala fexfida: laciniis alternis apice increflato uncinatis. Stam. fex. Ovan objongum fuperum. Styl. fimplex. Stigm. trifidum minimum. Capf. oblonga trilocalans. Sem. numerofa imbricata aiata.

CRINUM africanum. Tab. 8\$« fig- J.

Hyacinthus africanus tuberosus, fore c&ruleo umbellato. CoMM. *hort. amfi. 2. p. 133. t. 67.* BREYN. *ic. 23. t. to.* MILL. *ic. t. 210.*

Crburnt foliis fublanceolatis planis , corollis obtufis. LINN. *fyji. veg. 31\$.*

Ex horto regio Kewenfi.

PER. Capfula fupera, triangulari-prirmat[^]jt, utrinque acuminata, trilocularis, trivalvis. Y^Talv4fet planiufculx, extus linea longitudinali deprefla, intus fepto medio ftipauC.

REC.



REC. nullum, prater angulum ceutraiem loculamentorum, cui femina, duplici ferie atque furfum imbricata, affixa.

SEM. numerosi, circiter 24 in fingulo loculamento, parva, compressa, ovato acuminata, spadicea, Ala membranacea oblonga alba fuperne inftrua.

INT. duplex, utrumque membranaceum, tenue.

ALB. femini conforme, carnosum, aqueo - pallidum.

EMB. monocotyledoneus, in basi albuminis.

a.) Capsula Integra, b.) Ejus sectio transversalis. c.) Valvula a parte fua interna fperata, cum fitu & infertione feminum. d. D.) Semen feparatum. e.) Albumen denudatum.

Ob immaturitatem feminum, in omnibus meis Ipeciminibus, embryonis formam confpicere non licuit^

Errat certe BREYNIUS L. C. quando frudum tricapsularem & femina rotunda dicit.

DXVII. LILIUM. TOURN. *in/I, u* 195. LINN. *gen.* 410^

Cal. nullus. Cor. hexapetala campanulata: petalis apice incrassatis reflexis; unguibus intus linea canaliculata nedarifera exaratis., Stam. sex. Ovar. fuperum angulatum. Styh fimplex. Stigm. triangulare. Capf. trivalvis; Valvis interjedlo filo reticulato connexis. * Semina plana, * difcoidea.

LILIUM bulbiferum. Tab. 8j< fig- 4-

Hewerocallis. CAM. *epit.* 616. .

Lilium cruentum bulbiferum. BESL. *Eyjl. vent.* V. t. 7..1. j.

Lilium cattle foliofo, foliis fulcatis gramineis^ fioribus campaniformibus intus fioccojis. HALL. *hift. n.* 1232.

Lilium foliis fparfis, corollis campandatis ereSfis: intus fcabris. LINN. *Jyjl.* ve£- 324-

Icon. JACQ.. *atiftr.* 3* t. 226.

PER. Capfuh fupera, prismatica, rotundato - trigona, coftis sex dorfalibus fuperne membranaceo - alatis, totidemque nervis mediis longitudinalibus exarata, trilocularis, trivalvis. Valvulae coriaceae, intus feptigerx, filo futuris interjedlo & fibrillis fubalternis pedlinato connexae.

REC. nullum: femina diifepimentorum margini centrali duplici ferie longitudinali affixa.

SEM. numerosa, difcoidea, plana, verfus umbilicum acuminata, extrorfum vero rotundata, fubmarginagi, e cinnamomeo - rufefcentia.

INT. duplex: *exterius* albumine latius, fubfpongidPfc 5 *into-ius* membranaceum, tenuilimum, pallidum.

ALB. femine angustius, ovato acuminatum, compressum, carnosum, album.

EMB. monocotyledoneus, linearis, dimidio albumine longior, levissime figmoideus, laevis.

- a.) Capsula integra. b.) Eadem transverse secta, cum fitu feminum. c.) Semen separatum. d.) Albumen denudatum integrum. E.) Idem longitudinaliter apertura, cum figura & fitu Embryonis.

LILIUM Martagon. *ibid.*

Martagon. CAM. epit. 6x7.

*Ulium foliis verticillatis, floribus pendulis, corollis revolutis. HALL, hist. n. 1*33. LINN. Jyfl. veg. I. c.*

Icon. JACQ. aujir. 4. t. 35T.

Capsula (f.) turbinata, coctis & nervis fex, uti praecedens, exarata. Semina (g.) numerosa, prioribus fimillima, aliquantulum tamen majora, cratiora & evidentius marginata* Albumen (h.) subellipticum. Embryo *(L) praecedenti fimilis,

DXVIII C A R A N D A.

Spadix Spatha . . . • Cal. triphyllus coriaceus. Cor. nulla. Ovaria intra eundem florem uno plura. Semen superum nudum pedicellatum! embryo lateralis

CARANDA pedunculata. Tab. gj* fig. f.

Ghalkarandc. Zeylonens. E. colled, fern. hort. lugdb.

PER. nullum.

REC. fundus calycis, cui unum, duo, an regulariter tria? femina affixa sunt.

SEM. superum, nudum, grandiusculum, subclavatum, seu ex pedunculo tereti, plus minus longo, in ventrem ovato globosum intumescens & deinceps iterum in mucronem conicum, subcompressum, coarctatum, glabrum aut obsolete fimbriatum, cinnamomeo - spadiceum, *Papillula* embryonitoga, pallida, paulo infra verticis mucronem, notatum.

INT. simplex, coriaceum, arduissime albumini adnatum.

ALB. figura & magnitudine feminis, suberoso - cartilagineum, fordide albicans, punctis fuscis & fibris obliquis, ex axi radiatim divergentibus, subruminatum, in medio cavitate longitudinali angusta & cylindrica exaratum, ac in latere alia cavernula embryonifera exsculptum.

EMB. monocotyledoneus, pyramidatus, lateralis. *Rad. orbiculata, centrifuga.*



a.) Semina duo, naturali magnitudine, calycis reliquiis ball cin&a. b.) Semen transverse — & c.) idem longitudinaliter fedhim, albuminis fabricam & embryonis fedem ofteudens. d. D.) Embryo naturali & au&a magnitudine.

GhaU Zeyloitenfibus fignicat lapidem ; adeoque *Ghalkarande* est Carande, lapidea, in contradistinctionem *Carandie*, *Carendang* aut *Carandas*, quae fecundum BONTIUM, *Prunus fylvestris*, aut fecundum iconem RUMPH. *amb.* 6. t. 2f. genuina *Randia aculeate* species est. Caraudam nostram ad Palmas pertinere, vel coecus videt.

DXIX. NEPENTHES, LINN. *gen.* 1019.

Cal. inferus, quadripartitus, perfertens, foliolis ovatis, acuminatis. Cor. nulla. Antherae quatuor ovario affixae. Capf. fupera, quadrilocularis. Sem. lineari - paleacea.

NEPENTHES destillatoria. Tab. 8j. fig. 6.

Utricularia vegetabilis zeylanenjitm. PLUK. *phyt.* t. 37. l. 3.

Cantharifera. RUMPH. *amb.* 5. p. «r. l. S9- f-²*

Bandura zeylanica, in extreme* foliorupt folliculum peniformem expansum habens.

BURIYI. *ZeyL* 42. t. 17.

Nepenthes. LINN. *Jyji. veg.* 820.

E feminario hort. Amstelod.

PER. Capfula fupera, oblonga, in medio ventriqora, utriusque attenuata, difco depresso quadrangulati ex stigmatibus quatuor fessilibus coronata, tetragona, quadrivalvis. Valvulae extus linea depresso, intus septo longitudinali fessipatx.

REC. nullum praeter distipimenta capfulae, quibus femina undique in situ Tuberedo affixa.

SEM. numerosissima, lineari oblonga, utrinque attenuata, fordide ftraminea.

INT. duplex, exterius spongiosum, fardum, nucleo multoties longius; intents membranaceum, tenuissimum, ut vix ullum.

ALB. ovato oblongum, teretiufculum, inferne fubacuminatum, carnosum, album, in medio feminis collocatum, & a spongiosa testae fubstantia arcte involutum.

EMB. monocotyledoneus, filiformis, ladleus, longitudine fere totius albuminis. *Rad.* fubacuminata, infera.

a.) Pars racemi fmgfFeri pedalis & ultra: fcapo obfolcte p r i H L o, peduncillis primoribre diffittis, patenti ailfcedentibus 9 fecunduriis plemmque ternatis. I ^ ^ apfula iatgra. c.) Eadeir. ab



apice dehiscens. d.) Eiusdem feftio transversalis. e.) Valvula a parte interna fpe&ata, cum feminibus fepto imdique affixis. f. F.) Semina feparata. G.) Albumen integrum in media femine haerens. H.) Idem folutum & longitudinaliter difle&um, cum fitu & figura Embryonis.

DXX. PARIS. TOURN. *inft. t. 117.* LINN. *gen.,500.*

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala, petalis linearibus. Stam. odto, Ovar. fuperum, fubglobofum. Styl. quatuor. Bacca quadrilocularis. Sem. pJura, gemino ordine pofita.

PARIS quadrifolia. Tab. 8j- fig- 7.

Herba p̄aris. CAM. *epit. 835.* BLAKW. *herb. t. 286.* OED. *flor. dan. t. 13*}.
Paris. HALL. *hift. n. JQ06.* LINN. *fyft. veg. 3gi.*

PER. Bacca fupera, globofa, obfolete quadrifulcata, glabra, atro-cxrulefcens, fucculenta, quadrilocularis. Pulpa fubaquofa, evauefcens.

REC. nullum, prater angulum loculamehtorum centralem, cui femina duplici ferie atfixa.

SEM. fex 1. oflo in quolibet loculamento, ovato- globofa, hilo filiformi a bafi ad apicem produclo notata, ferruginea.

INT. fimplex, membranaceum₅ albumini ardle adnatum.

ALB, femiui conforme, carnofum, pallidum.

EMB. monocotyledoneus, minutulus, ovato acuminatus, lafteus, inbafialbuminis prope umbilicUm locatus. *Rad. acuminata, centripeta.*

a.) Bacca integra, vcgeta, calyce corolla & filamentis perfiftentibus bafi cinda. b.) Eadenn marcefcens transversim fefta, cum infertione femimim. c.) Semina foluta, magnitudinaliter natu- tali. C.) Semen audtum, inverfum, ut tkmbilicus cum hilo filiformi appareat. D.) Albumen longitudinaliter diUcdum, cum fitu embryonis. E.) Embryo folutus & infiguiter aufus.

Facillime minutulus embryo in albumine colifpicitur, quando hoc per aliquot horas in aqua detin<|tur difledum s tune enim ifte, punduli nivei fpecie prope umbilicum apparet.

DXXI. ARUM. -TOURN. *in/I. t. 69.* LINN. *gen. 1028**

Spatha floralis monophylla, oblonga, inferne convoluta, fuperne acuminata, interne colorata. Spadix clavatus, inferne ovariis & in medio antheris fti- patus, cetera vero nudus. Bacca unilocularis, Semina pauca, fubglobofa.

ARUM Dracunculus. Tab. 84. fig- 1.

Draconthim. DoDijk[^]tpt. 329. BLAKW. *herb. t. 269.* — majus. BESL. *Eyft**



Arum palustre polyphyllum. Riv. riionop. t. 12§'

Arum foliis pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis aquemibus fpatham fpadice longiorem. LINN. fyji. veg. 827.

PER, Bacca obovata, a vicinarum preflione fubangulata, ad verticis fcribiculum quadri-1. pentacollis, glaberrima, nitida, coccinea, carnofa, unilocularis. Loculamenco propria membrana veftito, a feminibus difcreto.

REC. filiformi - compræfum, parietale feu loculamenti lateri fuperiori apprek
• fum & cum eo conglutinatum, quatuor circiter funiculis umbilicalibus breviffimis itipatutn.

SEM. duo, reliquis abortientibus, horizontalia, ovato - globofa, ^Pnutuo conudlu fubangulata, utrinque in mucronem produdla, fubcarnofa, albicantia aut rufefcentia, rugofula.

INT. duplex: *exterius* fpongiofo carnofum, ad umbilici fedem infigniter craffum -, *interiis* membranaceum, tenuiffimum, albumini adnatum.

ALB. obovatum, prope umbilicum fovea infundibuliformi exculptum, ut fedio ejus longitudinalis cordata appareat, cetera farinofum, friabile candidiffimum.

EMB. monocotyledoneus, teretiufculus aut fubclavatus, redus, lutefcens, in parce albuminis umbilico oppofita locatus. *Rad.* leviter increafata, verticem feminis & latus baccæ receptaculo oppolitum refpiciens.

a.) BICCCM a^gregatae in inferiori parte fpndicis. b.) Bacca. feparata integra. c.) Eadem longitudinaliter diffefta, cum fitu feminum naturali. d.) Ejusdem fe&i© transversalis, cum receptaculo feminum parietali. c^c.) Semina foluta. F.) Seminis & albuminis fe&io longitudinalis, cum iitu embryonis. G.) Embryo feparatus.

Etiam in Aro *maculato* femina video parieti baccæ affixa, focus atque habet icon Flor. dan. t. fOf, in qua & jufto plura, & verfus centrum vergentia ac rubicunda pinguntur femina.

DXXII. CALLA. LINN. *gen.* 1030.

Spatha monophylla; ovato - cordata, patentiufulcula. Spadix fubulatus fimplex frudificationibus tectus. Stamina mine fupra ovaria in fpadice pofita, nunc iis intermixta. Bacca carnofa pluriloculflris. Semina folitaria ereda.

CALLA 3echiopica. Tab. 84- fig- *•

Arum <zthiopicum> flore albo odorato mofchtim olentc. COMM. hort. amjt. t*
f. 95 ** 5*>

Calla foliis fagittato-cordatis, fpatha cucullata, fpadice fuperrte mafculo. LINN*
fyji. veg. 829.

Ex horto regio KwenCu



PER. Bacca turbinata, vertice turgido pulvinato carnofo, lateribus angulatis, deorfum attenuatis & prope bafin fubmembranaceis diaphanis, cetera fex-1. oftolocularis, e minio rubra.

RĒC. nullura: femina fundo loeulamentorum affixa,

SEM. in fingulo loculamento fingulum, fubteretiufculum, utrinque obtufum, ad latus internum hilo protuberante compreffb ab umbilici foramine ad feminis apicem decurrente notatum, nigro fufcum, glabrum.

INT. duplex: *exterjus* cruftaceum, foraminulo umbilicali in bafi perforatum* *interim* membranaceum, lutefcens, chalaza fufca in vertice notatum.

ALB. femini con for me, carnofum, album*

EMB. monocotyledoneus, fubulatus, redlus, lutefcens. *Rad.* increffata, infera.

a.) Baccre ad bafin fpadicis aggregate, b.) Bacca feparata, integra. c.) Eadem longitudinaliter difffeta. D.) Ejusdem, inverfae, feftio transversalis, cum fitu & numero loeulamentorum. e. E.) Semina in fitu naturali. F.) Seminis atque albuminis fedio transversalis. G.) Utriusque feftio longitudinalis, cum fitu embryonis. H.) Embryo folutus.

DXXIII. SAGITTARIA. LINN. *gen.* 1067.

Flores fexu diftindi in eodem caule. **MAS.** Cal. triphyllus. Cor. tripetala. Stam. triginta. **FEM.** Cal. & Cor. ut in mare. Ovaria plutima compreffa. *Capfulae iitriculares* numeroffilimae, femilunatae, compreffx. Semen teretiufculum, conduplicatum.

SAGITTARIA fagittifolia. Tab. 84. fig. j.

Sag&a. DOD. *pempt.* 588. CAM. *epit.* 874. OED. *for. dan. t.* 172.

Sagitta foliis acuminatis. HALL. *hijt. n.* 1185.

Sagittaria foliis fagittatis acutis. LINN. *Jyji. veg.* 856.

PER. Capfube fuperx, numeroffilimae, in[^]globum colledse, ante maturitatem lenticulari compreffk, pofttea membranaceo-bradteatse, fubfemilunares, ftylo breviffimo recurvo terminatae, uniloculares, 11011 dehifcentes, pallide ftraminese.

RĒC. *commune* globofum, nudum, pundliculatum 5 *propriwn*, Funiculus filiformis brevis, intra loculamentum e bafi capfulae porredlus, femem fuftinens.

SEM. unicum, ovato-obloffum, ftria media longitudinali, ex umbilico, utrinque inferiptum, ut conduplicatum videatur, minutiffime pun<aiculatum, rufefcens.

INT. fimplex, tenuiffimum, tranfpareni.

ALB. nullum.

EMB.



EMB. magnitudine feminis, tereti acuminatus, conduplicatus, albus. *Rad. increflata, infera.*

a.) Capfulhe maturx in globum colle&s. b.) Recept. commune deiuidatum. c. C.) Capfula fe-
parata, integra. D.) Eadem aperta cum fitu & figura feminis. E.) Semen funiculo umbilicali
infrudhim. F.) Embryo denudatus, cruribus didu&is.

DXXIV. ALISMA- LINN. #?/*, 460.

Cal. motiophyllus, trilobus. Cor. tripefala. Stam. fex. Ovar. plura: ftylis
fimplicibus. Capfulae plures, coriaceae, uniloculares. Semen condupli-
catum.

ALISMA *Plantago aquatica*. Tab. 84. fig. 4.

Plantago aquatica. DOD. *pempt.* 606. CAM. *epit.* 264. OED. *flor. dan. t.* \$61.
Damafofiion foliis eUipticis lanceolatis, capitulo rotunde triqiietro. HALL. *hift.*
n. 1184.

Alifma foliis ovatis acutis, fru&ibus obtufe trigonis. LINN. *fyjl. veg.* 350.

PER. Capful^ fupera, quindecim ad viginti, intra calicem perfiftentem in capi-
tulum rotunde trigonum atque depreffum colledae, cruftaceae, obovatsc,
cuneiformi-compreffie, uniloculares, non dehifceiltes, fumofo-ftramineas.

REC. *commune*: fundus calycis fpongiofu^, levicer convexus; *proprium*, Funi-
culus umbilicalis brevis, e bafi capfulae ad femem pertinens.

SEM. unicum, oblongum, utrinque linea longitudinali ex umbilico notatum,
ut conduplicatum appareat, glabrum, rufecens.

INT. fimplex,* membranaceum, tenue..

ALB. nullum.

EMB. magnitudine & figura feminis, tereti-acuminatus, conduplicatus, albus.
Rad. increflata, infera.

a. A.) Capitulum Fri^igerum a fupere — & B.) idem ab inferiore parte fpeftatum. c. C.)
Capfula integra. D. Tf) Eadem longitudinaliter & tranfverfim dilTefta. F.) Semen cum fuo
funiculo umbilicali. G.) Embryo denudatus, cruribus didu&is.

ALISMA *natans*.

Damafofiitim repent, potamogetonisrotundifoliiQblio, VAIL. *ASf. paris.* 17*9'
edit. germ. p. 332. *t.* 17. *f.* 9.

Alifma foliis ovatis obtufis, pedunadis folitariis. LINN. *fyji. veg. I. c.*

Capfulc fex 1. odlo., teretiufculae, ftylo brevi terminatae. Semen figura &
magnitudine cavitatis capfulae, pallidum. Embrj* conduplicatus ut in pre-
cedent!, fed multo obefior,

DXXV. POTA-



DXXV. POTAMOGETON. TOURN. inji. t. 103.

LINN, *gen.* 174.

Cal. nullus. Cor. tetrapetala. Stam. quatuor aut odto. Ovaria quatuor: ftylis fimplicibus , breviifimis, recur vis. Drupae quatuor uniloculares. Semen uncinato incurvum.

POTAMOGETON natans. Tab. 84- fig* \$•

Potamogeton. FUCHS. *hifl. Lit. 6gi. germ. ic. 37**.

Potamogeton foliis firmis oblongo ovatis petiolatis natantibus. HALL, *hijl. n. 843.*

LINN. *fyft. veg. 168.*

PER. Drupae fuperae, quatuor, exfuccae, ovatae, hinc gibbae, inde in aciem redtam compreflâe, (lylo brevi recurvo terminatae. Cortex per maturitatem coriaceo - membranaceus, tenuis. Putamen fuboffeum , femibiloculare, feu in duo crura teretia, ope fepti incompleti divifum.

REC. nullum : femin fundo loculamenti afBxum.

SEM. teretiufculum, furfum atteiluatum , uncinato - curvatum, pallidum aut rufefcens.

INT. fimplicifllmum, tenue, membranaceum.

ALB. nullum,

EMB. magnitudine feminis, uncinatus, albus. *Rad. increi Tata, infera, in loculamenti pucaminis crure exteriori locata.*

a. A.) Drupx aggregate. B.) Dmpa fingula, integra. C. D.) Eatlcm longitudinaliter & tranfverfim feda, putaminis fabricam internam oftendens. £.) Semen membrana fua teftum. F.) Embryo dcnudatus.

Potamogetonis embryoni duas cotyledones breviflimas , tuberculorum fpecie, ADANSONUS *fam. 2.op. 467-* tribuitj fed illas ego, omni quamvis data opera, reperire non potui.

DXXVL RUPPIA. LINN. gen. 175.

Spatha nulla. Spadix ex axillis foliorum, fiJiformis, brevis, partibus mafculis & femineis coinmunis. Antherae oiflo, feffiles, nudx, in fpicam ovarium dillicham iigeftae. Ovaria aggregata, quaterna aut plura , in anteriore & inferiore , — totidemque in pofteriore ac fuperiore fpicae facie inter antheras pofita. Nuculae quatuor aut plures, monofpermx, pedicellatae : pedicellis longiffimis, ex uno fpadicis maturi, infigniter elongati, puñclo oriundis.

RUPPIA maritima. Tab. fig. 6.

Yucm ferulaceus. Low***. 255. OED. *for. dan. t. 364.*

Pota-



Potamogeton pnfittwn alterum, feminibus fingulis longis pediculis infidentibus.

PLUK. *phyt. t. 248. f. 4.* RAJ. *angl. 3. t. 6. f[^]t.*

Bucca ferrea maritima, foliis acutijimis. MICH. *gen. p. 73. t. 35.*

Ruppia. LINN. *Jyft. veg. 169.*

'PER. Nuces quatuor aut plures, aggregate, pedunculatae, ovato-acuminate, corticatae. Cortex coriaceo-membranaceus, tenuifllmus. Putamen cruftaceum, nigrum, uniloculare, evalve.

REC. nullum, praeter nucis pedunculum longifflimum, filiformem.

SEM. unicum, ovato-globofum, fupra leviter acuminatum, pallidum.

INT. fimplicifflmum, membranaceum, tenue.

ALB. nullum, nifi Vitellum velis.

VIT. figura feminis, amygdalino-carnofus, albicans, fubtranfparens, canali 1. fulco brevi, in vertice exfculptus, in quo embryo jacec.

EMB. incompletus, teretiufculus, parte fua pofteriore & inferiore in vitello radicans, reliqua vero liber & folutus in ejusdem fulco decumbens.

a. A.) Nuces pedunculate integrx. B.) Nux tranfverfim fefta. -c.) Semen propria fua membrana veftitum. D.) Vitellus a parte anteriore fpeftatus, cum rima verticis, embryonem a corpore vitelli difcernente. E.) Vitelli feftio longitudinalis, intafto embryone, ex ipfa Vitelli fubtantia oriundo. F.) Embryo paululum elevatus & extra Vitelli fulcum protrahis.

Plantam florentem nunquam vidi; hinc charadlerem floris & inflorefcentige ex ADANSONO & OEDERI icone mutuatus fum. Secundum RAJUM atque MICHELIUM mafculae partes, a femineis, longo fpatio remotè, atque hsc, in diftindlis fpadicibus filiformibus collocate funt.

DXXVII. HIPPURIS.»LINN. *gen. 11.*

Cal. nullus. Cor. nulla. Stam. unicum, vertici ovarii innatum. Ovarium fubglobofum: Stylo fimplici, capillari, longitudine ftaminiis. Nux ovato-globofa, unilocularis, monofperma.

HIPPURIS vulgaris. Tab. 84* **fig*** 7-

Polygomint femina. CAM. *epit. 68 g.* OED. *for. dan.t. 87.*

Limnopeuce. HALL. *hift. n. J572.*

Hippuris foliis oSonis fubulatis. LINN. *fjyl. veg. 53.*

PER. NUX infera, elliptico-globofa, brevifflimo pedunculo nixa, glabra, fpadicea. Cortex tenuifflmus, membranaceus. Putamen craffum, durum, album, uniloculare, evalve.

REC. nullum.



SEM. unicum, magnitudine & figura cavitatis putaminis, molle,* albicans.

INT. simplicifolium, membranaceum.

ALB. femini conforme, amygdalino - carnosum, crassiusculum, album.

EMB. teretiusculus, furfum attenuatus, re&us, longitudine fere albuminis, lacteus. Rad'. leviter incrassata, infera.

a.) Nuculae in verticillis foliorum fertiles. b. B.) Nucula festrata, cum suo ftramine atque ftylo. C.) Putamen nudatum. D.) Idem transverse festratum. E.) Semen in cavitate putaminis, longitudinaliter apertum. F.) Albumen longitudinaliter diffractum cum embryone. G.) Embryo foliatus.

DXXVIII. CHARA. LINN. gen. 1203.

Masculi flores nulli conspicui, nisi globulos quosdam velis croceos aut rubicundos, juxta ovaria nonnunquam reperiundos, quorum vero masculus usus, si non plane fidentius, certe nondum liquide demonstratus est. FEM. Cal. nullus. Cor. nullum fed eorum loco integumentum ovarii membranaceum, inapertum. Nux spiritaliter fstrata, unilocularis, polyfperma.

CHARA vulgaris. Tab. 84- fig- 8*

Chara vulgaris foetida. VAIL. A3. parts. rji\$. edit. germ. p. 332. t. 16. f. z.

Chara caule Uvi fragili. HALL. hiji. n. 1681.

Chara caulibus Uvibus, frondibus interne dentatis. LINN. Jyft. veg, 83\$.

PER. NUX vestita *Integuments* membranaceae, viridi aut pallido, diaphano, integerrimo, nunquam sponte fcedente 1. dehifcente, nee nisi dabo opera a Nuce feparando. Putamen ovato globosum, ex vertice obtuso lineis spiritalibus fstratum, crustaceum, fragile, uniloculare, ferrugineum, pro Nuculae magnitudine fatis crassum.

REC. nullum, praeter substantiam herbaceo - carnosam, pallidam, friabilem # quae totam nucis cavitationem replet, & in qua femina nidulantur.

SEM. numerosa, minutissima, exadale fphacrica, primum vitreo pellucida, demum opaca, albicantia.

INT. tenuissimum, arachnoideum.

ALB. nullum, fed ejus loco

VIT. femiij conformis, totus folidus, carnosus, pallidus.

EMB. nullus, praeter punctum medullare Vitello innatum, quod sub germinatione demum evolvitur & in plantam abit.

a.) Pars Frondis cum stiolis verticillatis, introrsum ilcutatis. A.) Folium feparatum cum denticulis suis foliolosis, fructibus amplexantibus. B.) De^iculorum foliola magis aufa, gemina,



terna, aut quaternu, inaequalia. c. C.) Nux integriamento suo vestita. D.) Eadem, superne tibi integriamento transverfim fetto, denudata. £.) Nux longitudinaliter diffefta, cum feminibus globofis, in pulpa nidulantibus.

Stigmatif fie dicti pentacoUis nullum in hac vestigium adest.

DXXIX. TRIGLOCHIN. LINN. *gen.* 453.

Juncago. TOURN. *infl. u* 143.

Cal. triphyllus. Cor. tripetala, calyci fimilis, nisi quod paulo minor ac tenerior. Stam. sex. Ovar. subrotundum aut oblongum^ ftigmatibus tribus aut sex. Capf. tres aut sex, uniloculares, evalves. Sem. folitaria.

TRIGLOCHIN maritimum. Tab. 84. fig. 9.

Trigloch capfulis sexlocaribus ovatis. LINN. *atl. holm.* J742. p. 147. *pl.* 6. f. 4- 5- *fyft.* v**g.* 34\$•

Icon. OED. *for. dan.* t. 306.

PER. Capulae sex, superse, in frudum ovato-globosum ftriatum coadunatae, triquetrae, hinc gibbae, fulco depresso inferiptas, inde acutangulx, redaej cetera coriaceae, uniloculares, evalves.

REC. *commune* filiforme, triquetrum, in axi frudus positum; *proprium*, Funiculus umbilicalis brevissimus, ab apice loculamenti ad feminis apicem dudus.

SEM. in fingula capfula unicum, longum, utrinque acuminatum, triquetrum. pallide viridescens.

INT. membranaceum, tenue, facile fecedens.

ALB. nullam.

EMB. magnitudine & figura feminis; monocotyledoneus, lutescens* *Rad.* acuminata, infera.

a. A.) Fructus integer. B.) Ejus sectio transversalis. C.) Recept. commune. D.) Capful* fo-
ntafintegrae. E.) Capfula longitudinaliter aperta, cum fitu feminis. f. F.) Semen separam*at*.
G.) Ejus sectio% transverfalis. H.) Embryo denudatus.

TRIGLOCHIN pa'ultre. OED. *for. dan.* t. 490. HALL. *hif. n.* 1308. LINN. *l. c.*

Frudus angustii, elliptici, tripartibil*es*, tricapfulares. Ciipful^ deorsum acuminatx, triquetrx, evalves. Recept. commune, ut in praecedenti uiquetrum, sed inferius tribus alis, quasi totidem difsepimentis intercalaribus additum, quae forlun totidem fuerint capfulis abMKivac & u vicinis iitfocatae? Reliqua lit in priori.



Per germinationem ulterius explorandum est, num feminum Trigloches, Sagittariae, Alismae & Potamogetonis nuclei, sint embryones ipsi, an vero alius intra eos hreat embryo minutissimus? Posterius tamen non videtur verifimile; atque fecundum nuperiores meas observationes, Yelipsum Bucomi embryonem, Vol. i. p. 71. descriptum, expungendum esse censeo, quoniam ejus nuclei, testa sua orbi & penitus denudati, ubi per aliquot horas aquae innatarunt, ut simul aëris accessu fruerentur, ex pallidis, qui antea fuerunt, toti faturate virides facti sunt: id quod folis veris embryonibus, nequaquam autem albumini aut vitello contingere solet.

DXXX. A CORUS. LINN. 2*11.434.

Spadix subcylindricus, undique flocculis tedus. Cal. nullus. Cor. hexapetalum. Stam. sex. Ovar. oblongum, fignate fefili. Capf. inverfe pyram. •• midata trilocularis. Sem.

ACORUS Calamus. Tab. 84. fig- 10.

Acorum. °CAM. *epit** 5-

Acorus verm. BESL. *Eyjl. vern. VIII. t. p. f. t.* BLAKW. *herb. t. 466.*

Acorus. HALL. *hifi. n. 1307.* LINN. *fyft. veg. 339.*

PER. Capfula fupera, oblonga, quad ex duabus pyramidibus compofita: *Pars fuperior* brevior & crassior, subcoriacea, parabolice - convexa, -(triis tri-[^]bus depreffis infcripta, & ad latera in marginem increffatum, obtufe crenatum, feu in tubercula divifum, protuberans. *Pars inferior* longior, inverfe pyramidata, rugofe angulata, membranacea, tenuiima, diaphana. Loculamenta tria, non d-ehifcentia, farda gelatina vitreo pellucida, quae etiam in vetulo frudu, in aquam conjecto, reproduci potest.

REC. niillum, praeter columnam centralem ex concurfu duorum Tepimentorum formatam.

SEM.

a.) Spadix magnitudine naturali. A.) Flocculi infigniter aucli, capfulas continentcs. B. C.) Capfulae a parte fua fuperiori atque inferiori fpeftatae. D.) Capfulae feftio transversalis, cum difsepimentis axem centralem foimantibus.

Incompletam hujus frudus descriptionem atque iconem tradere cogor, quia, omni licet adhibita diligentia, nullas tamen ejus capfulas fecundas in hunc ufque diem obtinere potui. Neque etiam receptiorem quern quam reperio, qui matura hujus plantae femina circa fide viderit, praeter folum MICHELIUM, ut tamen^o vel ipfi ilia Michellii femina tria folitaria aliquantum fufpeda sint, quum in loculamentis fardis fere femper uno plura reperiri soleant, nisi ipfa baccata sint.



DXXXI. FERULA. TOURN. *inft.-t.* 170. LINN. *gen.* 343.

Umbella compofita. Involucrum *nniverfaie* caducum: *partiale* polyphyllum, parvum. Corollae petala lutea. Fruttus ellipticus, ftriatus, fubmarginatus.

FERULA, tingitana. Tab. 8f- fig- *•

Ferula tingitana folio latiflimo lucido. HERM. *parad. bat. p. & t. i6\$%* Riv. *pent. t. 10.*

Ferula foliolis laciniatis: lacimdis trident ath inaqualibus nitidis. LINN. *fyjl. veg. a8i.*

PER. nullum. Fru&us inferus, lenticulari - bra&eatus, ecalyculatus, fudicte fpadiceus, bipartibilis.

REC. filiforme, biifidum.

SEM. duo, figura frudlus, foliaceo-comprefla, hinc leviflime convexa, j^ibus ftriis elevatis, filiformibus notata, atque angufto margine circumdata, inde plana aut vix fenfibilter concava, ftriis & margine confpicuis. defti* tuta.

INT. duplex: *exterius* nucleo latius, fubcoriaceum - tenuej *interim* membranaceum, arde adnatum.

ALB. ellipticum, femine paulo anguftius, in dorfo obfolete ftriatum, fubcartilagineum, album, inodorum.

EMB. dicotyledoneus, inverfus, compreflus, quinta pane albuminis brevior, ladteus. *CotyL* fubrotundae, foliaceae, *Rad.* teretiufcula, fupera.

a.) Frnftus & fcminis pars exterior dorfalis* b.) Ejusdem focies interior aim infertione receptaculi. c.) Semina transverfiin fefta. d.) Albuminis denudati latus dorfalc. e.) Ejusdem pa« centralis. £) Embryonis in fupremo albumine fitus. G.) Embryo folutus & pamm ~~autus.~~

DXXXII. LIGUSTICUM. TOURN. *inft. t.* 171. LINN. ^//. 346.

UmbeJla compofita. Invol. utrumque penta - 1. pluriphyllum. Cor. petala lutea aut pallida. Frudlus oblongus, molendaiiaceous: alis inxqualibus, nunc marginalibus, nunc dorfalibus latioribus.

LIGUSTICUM Levifticum. Tab. 8f- %• z*

Levifticnm vtdgare. MORIS, *timbell. t. /.* / . M. m. *hijt. 3. p. 575. S. 9. t. 3** f. J. Riv. *pent. t. 60.* BLAKW. *herb. t. 275.*

Ligtijlicwn foliis mtduplicibns: foliolis [uperne iucifis. LINN. *fyft. veg. 283.*

PER. nullum. Fru&us ovato - oblongus, obfoleto c&lyfcis rudimento coronatus, apice & bafi emarginatus, alatus, bipartibilis.

REC. filiforme, bifidum.

SEW. duo, figura irudhis, hinq[^]convexa, tribus alis angustis approximatis intrudla & ad oram latiori margine rigido nee flexili cin&aj inde plana acque linea longitudinali elevata notata; fpadiceo albicancia.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum.

ALB. ovacum, acuminatum, hinc leviter convexum, obfolete ftriatum, inde planum; album, odoratum.

EMB. inverfus, tertia albumidais parte longior, ladteus. *CotyL ovatx*, foliaces. *Rad. teretiufcula*, fupera.

a' A.) Fru&ns a dorfo fpe&atus. B.) Ejus fe&io transversalis. c.) Seminis latus intermin. d. D.) Albumen demulatum. E.) Embryonic in albumine fitus. F.) Embryo folutus.

LIGUSTICUM peleponenfe. *ibid.*

utfeli peloponenfe. CAM. epit. §14.

Ciaitaria latifolia foetidifima. Moris, umb. t. 6. folium. & t. J. / . X. x. femen.

Liguflicwn foliis duplicate pinnatis, pinnulis acute dentatis longs Lmceolatis. HALL. hifi. n. 758.

Ugiiftictm foliis mtiplkato -pinnatis: foliolis pinnatim incifts. LINN. Jyjl. veg.

1. c

Icon. JACCL. aufir 5. app. l. %o\$.*

Semina matura (a. b. c.) incurva, e luteo ferruginea, hinc profunde fulcata (a. c.) & tribus alis rigidis <oftata, inde (b) fulco longitudinali exarata atque duabus alis anguftiflimis reflexis notata. Albumen (d. e. F.) oblongum, odoratum, fulcis duobus dspreflis (d. F.) in dorfo, & unico conlimali (e.) in ventre exaratum. Embryo (F. G.) breviffimus, ovato-globofis, ladeus.

Semen abortivum, ut vult LINNJEUS 1. c. neque confans, neque *corctilwn*, i. e. albumen uriquam pentagonum eft, nifi ipfa fulci ventralis latera, pro angulis habere velis.

EMB. femini conformis, inverfus, albus. *Coty*i obovatx, carnofie, planiut culae. *P/w*n. acumiata, minutiifima. *RaJ.* cylindrica, immerfa, fupera.

g.) Amentum femineum niatnriim. b.) Nucularum fitus in fquamis smenti. C.) Nux feparata* integra. D) Eallem loiigitudinaliter fcfta, cum fiti ovulonim gemiiorum- E.) Ejusilem fcftio tranfverfalis. f. F.) Semen propria fna membrana vcftitiim. g.) Embryo ileniulatus. H.) Cotyledones feparatx. I.) Radicula & Phimula infigitx.

DLVII. CORYLUS. TOURN. *inft. t.* 347. LINN. *gen.* 1074.

Flores fexu diftindi in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, ex fquamis imbricatis, hirtutis, tripnrutis: lacinia media majore, obtegente lacerales, dimidio anguftiores. Stam. {ex 1. oçlo, breviffiraa. FEM. Amentum fubglobofum minimum, e fquamis gemmaceis & involucris florum propriis
com-



compositum, per maturitatem pedicellatum. Involucra monophylla, infeme carnola, turgida^ fuperne bilabiata, lacera, uniflora. Cal. obfoletus, fadus ex margine epidermidis nucis breviffimo, aream transverfe oblongam ad bafin ftyloruni cingente. Cor. nulla. Ovar, biloculare? Styli & ovula duo. Nux unilocularis, evalvis, bad derafi.

CORYLUS Avellana. Tab. 89. fig. J.

Corylus fativa. BLAKW. *herb. t. a*§).

Corylus fepium. HALL. *hift. n. 1625*.

Cory his Jlipulis ovatis obttiffs. LINN. *fyfi. veg. 85*§.

PER. NUX ovato globofa, nuda, oflea* glabra, aut obfoletifllme ftriata, bafi derafi, vertice leviter compreffa, unilocularis, ante maturitatem fubftantia fpongiofo-furfuracea fardta, evalvis, cultro tamen in duas valvuks fedilis.

REC. filiforme, e bafi nucis oriundum & ad ejus apicem pertingens, ubi duo fuftinet ovula pendula.

SEM. uiiiicum, aut rarius duo: h»c varie angulataj illud cavitati nucis con* forme, glabrum, albicans, rufecens, aut fiuigineuin.

INT. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. magnitudine & figura feminis, inverfus, albus. *Cotyl. ovatx*, carnofac, piano - convexse. *Plum*, diphylla, foliolis ovato acuminatis, conduplicatis. *Rad. uvata*, immerfa, fupera.

a") Amentum feinincum maturnm pC(Hincu?atum. bO Nux integra. c.) Ejus feftio transverfallis, cum furfuracea materic parictibus internis adhxrente. d.) Receptac. filiforme cum ovulis. e.) Semen intra nucem cum funiculo umbilicali. f.) Cotyledones feparatx. g. G. H.) Radicula in Plumulam definens.

Varietates Avellansc fetivae dantur plures, & una ex praccipuis earum eft:

Corylus fativa fruSn oblongo rubente. C. B. DUHAM. *arb. ed. germ. p. ij6. ic. p. 1jf. fig. 1*.

Involucrum (a. a.) tubulofum, inferne carnofum, turgidum, craffum, fuperne lacerum. Nux owto oblonga (bb), grandiufulca. Nuclei cuticula externa fanguinea. Noftatibus dicuntur *Pfimd- Ntijfe*.

DLVIII. BETULA. TOURN. *infl. t. 360*. LINN. *gen. 105s*.

Flores fcxu diftindi in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, imbricatum fquamis ternatis: media majore ovata, duabus iateralibus anguftioribus lanceolatis, omnibus concavis. Cor. nulla. Stam. duodecim, fquamisc mediae inferta. FEM. Amentum juliforme, imbricatum fquamis horizontalibus

zonta-



zontalibus, ex angusto principio extrorsum latefcentibus, apiceque trilobis, ad basin vero bi-1. trifloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovar. compressum, ala membranacea cindhim, biloculare: Ovis in fingulo loculo fingulis. Styl. duo. Samara cordata, unilocularis.

BETULA nigra. Tab. 90. fig. 1.

Betula foliis rhombeo ovatis acuminatis duplicato ferratis. Linn. *fyjl. veg. 849.*

A *Phil.* MILLERO.

PER. Samara parva, obcordata, in medio rufescens aut ferruginea, ad utrumque latus ala membranacea, tenuissima, pallida cindla, per maturitatem unilocularis: altero fcil. loculamento fere Temper abortante.

REC. nullum. Semen ex ipso vertice loculamenti pendulum.

SEIYL. unicum, ovato oblongum, compressiusculum, pallidum.

INT. simplex, tenuissimum, ad radice fedem intus fubcarnosum.

ALB. nullum.

EAIB. magnitudine feminis, inversus, albus. *Cotyl.* ovato oblongis, planiusculae, oblongae. *Rad.* teretiufcula, brevis, fupera*

a.) Julus femineis integer, b.) Eiusdem rachis denudata, cum fitu squamam. c.) Squama feparata. d.) Eadem cum tribus fuis Samaris in fitu naturali. e.) Samara fepaiats. # F. G.) Samara immatura transversaliter & longitudinaliter difsecta, cum fuis duobus loculamentis. H.) Embryo denudatus in cavitate Samarae maturae.

Betula alba. LINN.

Juli praecedentibus fimiles, sed quarta parte breviores. Squamarum basis non ita angusta, & tota earum forma, magis ad cordis, quam anchorae figuram *accedens*, ut perinde tamen trilobate fuit. Samarae ad fingulam squamam tantum dux, rarius tres, xquilatae, totae fpaticeae, prioribus dimidio fere minores, cetera eis ex aequo fimiles.

DLIX. ALNUS. TOURN. *injl. u 359.*

Flores fexu distincti in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, imbricatum squamis *primoribus* majoribus cordatis, quibus annexae *fecundant* ternae, minores, corolliferae. Cor. rotata, quadripartita. Stam. quatuor: Antheris bilocularibus. FEM. Amentum ftrabilaceum, ovato-globosum, imbricatum squamis fuberofis, ex angulo principio in limbo retusum transverse oblongum & margine suo superiori quadrilobum ampliatum, bifloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovar. compressum, biloculare. Styl. duo. Nux compressa, bilocularis.

ALNUS glutinosa. Tab. 90, fig. 2.

Abuts

Alnths. CAM. epit. 68.

Alnths foliis glabris rotundis rotunde crenatis: fpongiosis ad nervorum mtgulos.
HALL. *hijL n. 1630.*

B&nla p̄duncidis ramofis. LINN. Jyji. yeg. 84\$.

PER. NUX obovata, lenticulari compreffa, feii ex medio angulo obfoleto ver-
fus latera declivis. Epidermis tenuis, luteo - fpadicea, glabra. Putamen
offeum, difrum, prope»verticem duobus loculamentis exculptum, evalve.

REC. nullum.

SEM. in fingulo loculo fiugulum, lenticulare, rotundatum, fuperne oblique
extrorfum acuminatum, glabrum, pallidum.

INT. fimplici/imum, membretnaceum.

ALB. nullum.

EMB. femini conformis, inverfus, albus. *CotyL* rotundatse, tenues. *Rad.*
teretiufcula, fupera.

jjj.) Strobilus matrns. b. B.) Squama feparata. c. C.) Nticulae diia in fitu natural! fibi ~~juncta~~.
D.) Nucis fe&io transversalis. E.) Eadem longitudinaliter fefta, cum fitu & figura feminum.

Ergo abunde **AJnus** a *Betula* differt, ut non carpologice tantum, fed & an-
thologke ab invicem feparari debeant.

DLX. SALIX, TOURN. *inft. t. 364 LINN. *gen. 1098.***

Flores fexu diftindli, in feparatis ftirpibus. **MAS.** Amentum juliforme,
ovatum aut cylindricum, longum aut breviflimum, inbricatum fquamis
lanceolacis, unifloris, bafi interna fquamula minuta, plana aut cylindric[^],
audhs. **Stam.** unum ad quinque. **FEM.** Cal. nullus. Cor. nulla. Ovaria
tereti- acuminata in f]icam denfifim juliformem congefta, & ad bafin iqua-
mula lanceolata, fibi paulo breyiore, ftipata. **Styl]**, nullus: Stigmata duo.
Capfula unilocularis, bivalvis. **Semin**[^] ereda.

SALIX arenaria. Tab. 90. fig. j.

*Salix p̄jimila, foliis utrinque candiccm̄t̄ihis £&? lanuginojis** GMEL. *Jib. jr. p. 146.*
t. 36. f. i.

Salix foliis integerrimis ovato lanceolatis fubnis fericis, jitlis tontentofis. HALL.
hif. n. 1642.

Salix foliis integris ovatis acutis fiipra fubvillojis, fubtus iomentofis. LINN. *Jyji.*
veg. 880.

PER, Capfula ovato - rofrata, unilocularis, bivalvis: Valvulis dehifcentibus
apice revolutis.

REC. nullum. Semina parieti interno valvularum, *in* Ctu eredlo, aifixa.

SEM.



SEM. piiiira, o&o ad fedecim, ovata, parvula* undique crinita: Crinibus fericeo-albis, implicibus, longitudine capulae.

INT. (impliciiliniUtii, niembranaceum, pallidum.

ALB. nullum.

EMB. femini sonformis, eredlus, viridis. *Cotyl.* ellipticae, plano-convex[^].
Rad. attenuata, infera,

a.) Spica tnatura. b.) Gapfula daufa. c.) Eadem rfehifccns. d. D.) Semen crinitirtn. E.) Idem, excuffls crinibus. F.) Ejusdem fedio transversalis. G.) Embryo dcnudatus in iitu naturali.

DLXL POPULUS. TOURN. *infl. t.* 365. LINN. *gen.* 1123.

Flores fexu diftincfli, in feparatis ftirpibus- MAS. Amentum juliforme, laxe imbricatum fquamis oblongis, margine laceris. Cal. infundibuliformis, inaequaliter bilabiatus. Cor. nulJa. Stam. ofto. FEM. Amentum, Squamae & Calyx ut in mare. Ovar. ovato - acuminacum. Styl. nullus : ftigmata quatuor. Capfula unilocularis, bivalvis. Setnma inverfa.

POPULUS nigra. Tab. 90. fig. 4.

Populus nigra. CAM. *epit.* 66. DOD. *pempt.* 836. BLAKW. *herb. t.* 248.

Popidus foliis glabris, cordato rhomboideis ferratis. HALL. *hift. n.* 1632.

Popttlus foliis deltoidibus acuminatis ferratis. LINN. *fjK veg.* 88p.

PETX. Capfula ovata, ad verticem qompreffiufcula & fubacuminata, cetera turgide lenticulaps, unilocularis, bivalvis: Valvulis concavis, nequaquam rotratis aut recurvatis, fed horizontalicer patentibus.

REC. tuberoula acuminata, minutiflima, valvularum parieti dorfali, a bafi ad medium ufque inferta, quibus femina affixa.

SEM. numerofa, parva, oblonga, teretiufcula, albicantia, in vertice crlnata: Crinibus albis, undulatis, Jemine quadruplo longioribus%

INT. (Implex, membranaceum, craffiufculura.

ALB. nullum.

EMB. femini conformis, inverfus, luteus. *Cotyl.* ovat«, craflx, piano-convexse. *Rad.* breviflima, globulofa, fupera.

.a.) Racemus maturus, cum capfulis peOicellatis, claufis. b. C.) Capfula dehifcentis valvulis mtiis Tpe&ata, cum receptaculis femimim. d.) Semen lana crinitum. e. E.) Idem, excuffls crinibus. F.J Ejusdem ft cotyledomim feaio transversalis. G.) Embryo dcnudatus, in fitn uaturali.

DLXII PLATANUS. TOURN. *infi. t.* 363. LINN.*** 107*

Flores sexu distincti, in eadem stirpe. MAS. Amentum globosum ex meris squamulis linearibus atque filamentis antheriferis compositum. FEM. Amentum globosum ut in mare, sed grandius, & ex squamulis breviflomis, spatulatis, pubescentibus, atque Ovarii filiformibus, prope apicem globulose incrassatis atque figmace incurvo terminatis compositum. Semen clavatum, apice rotellatum, bad pilosum.

PLATANUS orientalis. Tab. 90. fig. f.

Platanus. CLUS. *hisl. 1. p. p.*

Platanus foliis palmatis. LINN. *Jyji. veg. 888.*

PER. nullum, nisi feminis crustam fuberofam velis. *

INT. *commune* globosum, fuberofum, undique feminibus densissime congestis stipatum, cetera per maturitatem nudum, absque ulla vilibili squamula.

SEM. nudum, unicum, clavatum, ex pedunculo fistulato, compressifusculo aut subangulato in capiculum globosum incrassatum atque (tylo 1. figmate) perillente mucronatum ad basin vero crinitum *Pilis* fulvis, simplicibus, rectis, longitudine sua capitulum 1011 excedentibus.

INT. duplex: *exterius* era (Turn, fistulosum, non dehiscentem, at facile a bad fursum filio, ut pro Capsula haberi possit *interim* membranaceum, tenuissimum, pallidum.

ALB. nullum.

EMB. oblongus, compressus, inversus, lutescens, testa feminis multo brevior. *Cotyled.* linearis, subfoliacescens. *Rad.* teretifuscula, fupera.

a.) Amentum feminum integrum. b.) Idem directum, cum feminibus receptaculo communi infertis. c.) Semen basi crinitum. d.) Idem, excudis crinibus. e.) Ejus pediculus transverse fissus. f.) Telia feminis longitudinaliter aperta, cum niello, propria sua membrana vestito. g.) Embryo denudatus.

DLXIII. LIQUIDAMBARR. LINN. *gen.* 1076.

Flores sexu distincti, in eadem stirpe. MAS. Amentum conicum, longum, laxum, munitum Involuc. *communi* tetraphyllo, caduco. Cal. nullus. Cor. nulla. Stam. liumerjfa. FEM. Amentum globosum, basi munitum Invol. *communi* tetraphyllo, ut in mare, compositum ex Calycibus inverse pyramidatis, angulatis, limbo exteriori verrucosis, & inter se, in pilam profunde alveolatam, coalitis. Cor. nulla. Ovaria duo, unilocularia, inter se & cum calycibus suis conferruminata, stylo, quodque suo, longa fistulato & apice recurvato terminate. Capsulae dux, rotatae, introsum dehiscentes. Semina parietalia.



LIQUJDAMBAR *Styraciflua*. Tab. 90. fig. 6.

Uquidambar arbor f. Styraciflua aceris folio. PLUK. *plrjt. t. 42. l. 6.* CATESB. *carol 2. t. 65.* BLAKW. *herb. t. 485.*

Liquidambar foliis palmato - angulatis: lobis indivifis acutis. LINN. *fyft. veg. 860.*

A *Phil.* MILLERO & *Laur.* GRONOVIO.

PER. Capfulas, in fingulo amenti alveolo, geminse, rofratae, coriaceae, fulcatae, nitidæ, fpadiceo - ferrugineae, uniloculares, margine interiore longitudinaliter dehifcentes.

REC. *commune* globofum, favofum, ex calycibus Feminis campanulatis, inter fe connatis ; *proprium* , nullum , pseter internos capfularum parietes, quibus ovula undique affixa.

SEM. plura, ad fedecim in fingrula capfula, oblonge elliptica, lenticulari compreffa, fuperne in membranulam definentia, nitida.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum, utrumque tenue.

ALB.

EMB.

a.) Amentum Feminum immaturum. b.) Calyx cum capfulis fuis geminis feparatus. C.) Ejusdem & Capfularum fedtio longitinalis, cum infertione ovulorum. d. D.) Ovula feparata, c. E.) Amentum cum capfulis maturis dehifcentibus. f.) Calycis & capfularum dehifcentium fedtio longitinalis. g.) Scmina magnitudine naturali, fed immatura.

Corpuscula acerofa, quibus membranaceam feminis extremitatem immifcerit tradit LINNÆUS *gen. l.e.* nihil aliud funt, quam ovula immatura.

DLXIV. COMPTONIA. BANKS.

Flores fexu diftincti, in eadem ftirpe. MAS. Amentum cylindricum, undique laxè imbricatum fquamis concavis, reniformibus, acuminatis, caducis, unifloris. Cal. diphyllus, foliolis xqualibus, naviculinibus, fquama amenti brevioribus. Cor. nulla. Filam. tria, calyce breviora, bifurca. Anthers fex, bivalves. FEM. Amentum ovatum, undique denfe imbricatum fquamis unifloris, ut in mare. Cal. hexaphyllus, foliolis per paria oppofitis, filiformibus, bafi tamen membranaceis, fquama amenti mukoties longioribus. Cor. nulla. Ovar. fubrotundum, ityl. duo capillares. Nux unilocularis, evalvis. Ex fchedis b. SOLANDRI.

COMPTONIA *afplenifolia*. Tab. 90. fig. 7.

Myrti brabantica affinis americana, foliontm lacinih afplenii modo divifiu PLUK. *fhyt. t. 10 a. f. 6. 7.*

Liqui-

Liquiambair foliis oblongis alternatim Jinuatis. LINN. Jyjl. veg. 860.

Ex horto regio Kevrenfi.

PER. NUX; oifea, elliptica, turgide lenticularis» nuda, glabra, nitida, obvi-
iate (triacca, fpadicea, unilocularis, efcdivis.

REC. nullum, femem fundo nucis affixum.

SEAL unicum, ovato - globosum, glabrum, pallidum.

INT. fimplex, membranaceum.

ALB.

EMB.

a.) Amentum Feminum subglobosum, calycibus perispermatis utriusque circumscriptum. B.) Calyx
femineus separatus. C.) Nix calyci suo juncta. d.) Eadem separata. E.) Ejus femina transver-
salis. F.) Eadem longitudinaliter secta, cum fita figura femina in is.

Fructus apud nos nunquam maturatus, & castoreo atque parvulus fuerunt
nucis, quot quot vidi, omnes in America magnitudinem Avellanae
aequali dicuntur.

DLXV. PINUS. TOURN. *infl.* f. 355. LINN. *gen.* 1077.

Abies. TOURN. *t.* 353. *Larix.* TOURN. *t.* 357.

Flores sexu distincti, in eadem stirpe. MAS. Amentum conicum ex Calyci-
bus tri-^l. tetraphyllis. Scam, plura, filamentis connatis. FEM. Amen-
tum trochilaceum, imbricatum squamis coriaceis, bifloris. Cal. nullus.
Cor. nulla. Ovar. minima, ad fingularem squamam gemina. Sty I. fimplex,
Nux unilocularis, evalvis, alata.

PINUS mariana. Tab. 91. fig. 1.

*Abies foliis foliariis apice acuminatis undique ramos cingentibus, cornis ovatis**

SELIGM. AV. vol. 5. l. 11.

Abies foliis linearibus acutis, conis minimis. MILL. gard. di&

FRUCT. *Strobilus* ovatus, parvus, vix eximo pollicis articulo magnitudine
aequalis, imbricatus squamis coriaceis, unguiformibus, rotundatis, gilvis,
in ratione ad conum ipsum grandiusculis.

PER. NUX parvula, oifea, unilocularis, evalvis, tota vestita epidermide in
alam membranaceam, nucula longiorem & ex altera parte rectam, ex altera
vero gibbam, ampliata.

REC. nullum, prater superficiem squamarum internam, cujus basi geminim
nucis affixae.

SEM. unicum, cavitati nucis conforme, pallide lutescens.



INT. simplicifimurn , tenuiffimum , membranaceum.

ALB. craflum, carnofum , candidum.

EMB. longitudine fere albuminis, teretiufculus, erodus, laclens. *CotyL* tres, breuiilmx₃ angulatae, cariwife. *Rad.* teretiufcula, longa , infera.

a.) Conus integer, b.) Squama a dorfo fpcAata. c.) Ejnscdm latus internum, cum fitu & figura Nueulariim. D.) Nucis putamen apertum cum feminc. E. F.) Albumen transversaliter & longitudinaliter diflechim, Embryonis fitum oftemlens. G.) Embryo feparatus.

PINUS americana. *ibid.*

Abies foliis linearibus obtujiufculis hifariam verjis> corns fibrotundis. MILL. *gard. diSt.*

Strobilus (a) magnitudine & forma ovi gallinacei minoris , totus e fpadiceo cinerafcens. Squamae (b.) c#Haceae, craflac, triangulares, latere exteriore rotundato, fubcrenolato. Nuclie (c) paulo minores, quam in praecedenti, ab exteriore faltem Jatere membrana alari veftitae. Aliae ovato oblongae, fubfequilaterx , vel laltem latere exteriore non adeo gibbge , ut in priori. Semen (D.) ovatum, deorfum acuminatum. Embryo (E) fitu & figura prscedenti fimilis, fed lobulis cotyledoneis quaternis.

Pinus *Picea.* LINN.

Abies. CAM. *epit.* 48. 4\$. OELHAF. *arb.* 25. t. 5 — 8. — *mas.* BLAKW. *herb.* t. 203.

Weis Tamie. Germ.

Strobilorum fquamse am^Iae, deltoideae, lupra rotundatae, infra roftellat3e & e bafi fua, ligula dorfali membranacca, fpatulaca, recurvoque mucrone term in a ta, appendiculatx. Nuces grandiufulac , tmembranacex , varie angulatse, gilvae. Ala, nucem ex altera parte totam, ex altera vero ad dimidium ftltem obtegens, membranacea, furfum ampliata, apice oblique truncata. Albumen gibbuni, opacuni. Embryo pentacotyledoneus, luteicens.

Pinus *Abies.* LINN.

Picea. CAM. *epit.* 47. BLAKW. / . J\$8. OED. *for. dan.* t. 133. OELHAF. *arb.* 35. t. \$ — 16.

Roth Tonne. Gerrft.

Strobilorum fquamae obovato rfiomboideae, apice in mucronem truncatum definentes, non appendiculatse. Nuces parvuhe, ovatae, deorfum acumiatae, comprefliufculx, cruftaceae, nigro fufcac. Ala, nucem a latere externo faltem obtegens, membranacea, elliptica, tenuis. Albumen fubpeUucidum, aqueo - album. Embryo enneacotyledoneus , latfeus.

Hujus



Hujus duplex habetur varietas, a strobilorum pallidiorum aut saturatiorum colore, *Abies alba* & *rubra* di&a; utraque autem a precedent! specie, defedlu ligularum in squamarum dorso, facile discernitur; atque hoc di&rimen multo certius ac evidentius est, quam J^oil a foliis vulgo defumi solet.

Numerus cotyledonum in hoc solo genere, quot! quidem ha&enus sciam, varius & in diversis speciebus diversus apprehenditur. Ita, praeter modo didtas species, *P. Larici* cotyledones tantum sunt geminae. *P. fylvcjlri*, quinse; *P. Cedro*, fenx; & *P. Cantor* A* duodena!. Hinc omnino deberent Strobili atque Cotyledones in auxilium trahi, quando specierum differentias ex foliis foliis assignare non licet.

DLXVI. THUJA. TOURN. *inf. t.* 358. LINN. *gen.* 1078.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Amentum ovatum ex squamis concavis, obtusis, subovatis. Cal. nullus. Cor. nulla. Antherae quatuor, subsessiles. FEM. Amentum strobilaceum, imbricatum squamis coriaceis, oppositis, extus sub apice tuberculo 1. unguiculo notatis, bifloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovar. ad singulam squamam gemina. Styl. simplex. Nux. unilocularis, evalvis, utrinque in marginem membraceum, magis vel minus amplum, definens.

THUJA orientalis. Tab. 91. fig. 2.

Thuja jlobilis squarrafis: Jquanis acutis. LINN. *Jyfl. veg.* 861.

FRUCT. Strobilus parvus, ovatus, obsolete tetragonus, compositus ex squamis oblongis, crassis, subrotatis, per paria oppositis, sub apice uncinulo recurvo extus armatis, intus glaberrimis & prope basin duplici foveola exsculptis.

PER. Nucula obovata, globosa, unilocularis, evalvis, vestita epidermide tenui, spadiceo-rufescente, ad utrumque Jatus in marginem angustissimum & vix perceptibilem producta.

RE. Nullum, praeter squamarum foveolas, in quibus nuculae jacent.

SEM. unicum, elliptico-globosum, pallidum.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. femini conforme, carnosum, crassum, album.

EMB. longitudine fere albuminis, tereti-davatus, inversus, kdeus. *Cotyl.* piano-convexae, breves. *Rad.* cylindrica, longa, fupera.

»•) Strobilus integer, b.) Squama a parte interna se&ata. c.) Nuculae separatae. D.) Nix transversim secta. E.) Embryonis situs in albumine longitudinaliter distinctus. F.) Embryo solutus.



THUJA occidentalis. ibid.

Arbor viu. CLUS. *hifl. T. p. 36.* DOD. *pempt. 630.* BESL. *Eyft. tçftiv. frut. t. 1. f. 1.* BLAKW. *herP^^aio.*

Thuja Jirobilis l&vibusr: fquWm obtufis. LINN. *fyjt. veg. 861.*

Strobilus (a) elliptico globofus, praecedenti paulo minor. Squamae coriaceae, extus fub apice tuberculo parvo obfoleto notatae, intus (b.) fimpliciter concavae. Nuculae (c. C.) oblongae, fpadiceae, utrinque Ala membranacea, apice & bafi emarginata, laciufcula cindae. Albumen (D.) oblongum, furfum attenuatum. Embryo (D. E.) inverfus, cotyledonibus compreilis & fubfojiaceis, radícula multoties brevioribus.

DLXVII. JUNIPERUS. TOURN. *injl. t. 361.*

LINN. *gen. 1134.*

Flores fexu diflincti, in feaparatis ftirpibus. MAS. Amentum ovatum, feffile, ex fquamis trigonis, peltatis. Cal. nullus. Cor. nulla. Anthenc quatuor ad odo, fimplici l. duplici ferie, fquamis interne affixse. FEM. Amentum ex Squamis tribus, concavis, conniventibus, demum carnofis & in *Galbulum* fpaericum coalefcentibus. Ovaria tria, folitaria. Styl. {implex. Nux offea, unilocularis, glandulis balfamiferis ad bafin extellam flipata.

JUNIPERUS communis. Tab. 91. fig. j.

Juniperus. CAM. *epit. S3.* BLAKW. *herb. t. 187.*

Juniperus foliis convexo concavis ariftatis, baccis alaribits feffilibus. HALL. *hifl. n. 1661.*

Juniperus foliis ternis patentibts vmcronatis, bacca longioribns. LINN. *fyjt. veg. 834.*

FRUCT. Galbulus fphxricus, baccatus, nigro - cwruleus, rorukntusj fuperne tribus pundis elevatis, fulcoque trifurcato notatus, inferne involucello minimo ftellato exceptus; cetera exfuccus, fpongiofo-carnofus, tripyrenus.

PER. Nucula offea, unilocularis, ev.ilvis, gibba; hinc ex lato & convexo dorfo verfus bafin anguftata atque carinata \ inde obtuffiflime angulata five fulco medio elevato longitudinal! inferipta; praeterea autem ad bafin externam frobiculis (juatuor oblongis exarata, quibus totidem *GlanduU balfamifera* infertae funt.

REC. nullum; caro nuculis inferne adnata.

SEM. unicum, ovato acuminatum, gilvum, bafi areola fufca notatum
iNT. fimpliciflimum, membranaceum.

ALB. femini conforme, craifiufculum, carnofum, pallidum.

EMB.



EIVIB. longitudine albuminis, tereti-clavatus, inverfus, ladteus. *CotyU* elliptic
cae, pJano convexae. *Rad.* longa, gracilis, fupera.

a. b.) Galbulus integer a parte fua fuperiore atqie inferiore fpe&atus. c.) Ejus fe&io trans-
verfalif, cum nucibus, verfus bafin Glandulis balfamiferis («.«.») ftipatis. <]. D.) Niix fcpa-
rata. E.) Eatlem tranfverfe fecla. f.) Semen denudatum. G.) Albumen tranfverfe, & H.) Idem
longitudinaliter iliire&iini, cum Einbryone in fitu naturali.

Glandulas balfamiferas primus annotavit GEOFFROY in Ad. galJ. 1721. edit,
germ. p. 689- earum autem nonniii oölo numeravit, cum naturaliter duo-
dense fint.

DLXVIII. C[?]A S U A R I N A. LINN. *gen.* 1428.

Flores fexu diftindti in eadem ftirpe. MAS. Amentum undique imbricatum
Squamis fubmembranaceis, verticillatis, JanceoJato-fubulatis, bafi connat-
tis, unifloris. Cal. bivalvis: valvulis acutis, aequalibus, navicularibus,
fquamis amenti brevioribus. Cor. nulla. Stam. unicum, capiJJare, fqua-
ma longius. FEM. Amentum ut in mare, fed multo brevius. Squamæ
etiam breves, fed geminatae. Cal. bivalvis ut in mare, fed fquamis lon-
gior. Ovar. compreffum, ovatum. Styl. limplex, apice bifidus. Semen
unicum, alatum. Ex fchedis SOLANDRI.

CASUARINA nodiflora. Tab. 91. fig. 4.

Cafuarina tenreftris. RUMPH. *arb.* 3. p. 87. t. 58. rudis.

Cafuarina verticillis fiamimtm remotis. THUNB. *gen. nov.* p. 54. LINN. *Jfft.*
veg. 840.

Ex herbario Bankiano.

F*UCT. Strobilus fubglobofus, echinatus, pedicellatus. Squamæ amenti ma-
turæ, valde incrattfc*, fuberofe, retufae, niveae, geminatae, ita juxta
vicinas pofitae, ut trobiii corpus egregie quadrangulo - teUulatum appareat.
Calycum valvulae ad nodum elongatae, coriaceae, concavae, femina tan-
quam in theca claudentes & demum dimittentes.

P[£]R- nullumj calycis valvulae hoc officio funguntur.

^ E c. nullumj femina bafi affixum.

SE % . unicum, ovatum, compreffum, glabrum, fuperne ala ovato - oblonga,
fubpellucida, longitudine calycis, audlun).

J ^ T. duplex: *exieritts in alam* definens j *intrius* arachnoideum.

A L B. femina conforme, carnosum, pallidum.

^^ B. . . .

a.) Stro-



*) Strobiliis integer, b.) Florenlus femineus matunis feeparatus. C. C.) Squamae fuberofe amenti. D.) Valvulae calycis n^a fci a parte interna fpc&atx. c. E.) Semen feeparatum.

Amend, ferninei fquamx breviores, forfaii redlius pro calyce, & loiigiores, pro corolla haberi portent; fed quare in charadtere generico *Syjl. veg. L c.* alterutrx earum defint, cum mitracformes iftos echinati Strobili radios vel ipfe RUMPHIUS rede annotaverit, 11011 liquet.

DLXIX. CUPRESSUS. TOURN. *inf. t. 358-* LINN. *gen. 1079.*

Flores fexu diftinftri in eadem ftirpe. MAS. Amentum ovatum, ex Squamis fubrotundis, peltatis, oppofitis. Cal. nullus. Cor. nulla. A nth er« quatuor in fuperficie fquamarum interna feffiles. ^fEM. Amentum fubglobofum ex Squamis angulatis, peltatis, multifloris, ^ Cal. nullus. Cor. nulhu Ovaria quatuor ad odo, pedunculo peltx aliixa. Stigma fimplex feilile. Nux angulata, unilocularis, evalvis.

CUPRESSUS fempervirens. Tab. 91. fig. f.

Ctiprejftis. CAM. *epit. 5s.* BESL. *Eyji. *Jiiv. frut. t. 3. / . 1.* BLAKW. *herb. t. 127.*

Cuprejftis foliis imhricatis frondibus quadrangulis.* LINN. *fyjt. veg. 861.*

FRUCT. Galbulus ovato - globofus, compofitus^a ex fquamis grandibus, angulatis, peltatis, fuberofis, parte fua exteriori convexiufculis, radiatim llriatis & in centro mucronatis, parte autem interiori in pedunculum craC-fum & angulatatum definentibus, cujus extremitati nuculx quatuor aut plures adhxrent.

PER. NUX parva, oflea, obovata, compreffa aut irregulariter angulata, veftita epidermide membranacea gilva & in angultUlimum marginem nuculam cingentem produdla, unilocularis, evalvis, cultro tamen facile fiifilis.

REC. nuliutn, praeter pedunculum fquamas, cujus fini interiori nuces affiguntur.

SEM. lineari oblongum, fubteretiufculum, fpadiceum.

INT. fimpliciffimum, membranaceum.

ALB. nullum.

EMB. femini conformis

a.) Galbulus integer, b.) Pelta feeparata, ad bafin fuam nucifefa. c.) Nuces feeparata, ab utroque latere fpeftatx. D.) Nucis atque Seminis fedcio transversalis.

CUPRESSUS japbnica. *ibid.*

Cuprejftis foliis quadrifariis falcatis comprejftis fulcatis decurrentibus. THUNB# *jap. p. 265.* LINN. *fyji. veg. 861.*

A Cl. THUNBERGIO & HOUTUYN.

Stro-



Strobilus (a) ovato globosus, squarrosus, muricatus. Squamarum (b. c.) pedunculus crassus, striatus, arcuatus, praepilatus Pelta coriaceo membranaceaj inferne varie angulata; superne 4-1. quadrifida: laciniis membranaceis, linearibus - acuminatis erectis; & denique anterieus producta in rostrum longum, acuminatum, carinatum, recurvum. Nuculae (d. e.) ad singulam squamam quaternae aut fere, per paria (d.) coadunatae, obovatae, lenticulari compressae (-) aut angulatae, angustissimo margine membranaceo cinctae, papillae. Semen (g.) teretiusculum, atrum. Albumen profusum nullum. Embryo (H. I.) magnitudine feminis, erectus, viridis, terebinthinam repletus, monocotyledoneus, aut ex cotyledonibus quatuor, inter se confertissimis (1.) confertus. Radicula obliqua, infera.

Transverse fides embryo, ex aliquot, circiter quatuor, distinctis bacillis carnis cornificis esse videtur sed externe nullum divisionis apparatus vestigium, nec possunt (hi) bacilli ulla ratione a se invicem separari, quare hic embryo monocotyledonibus poterit accenseri, etsi forsitan sub germinatione in plures Jobios ipse solvatur: dicotyledoneus certe non est.

DLXX. TAXUS. TOURN. *infi. t. 36* * LINN. *gen. 1135.*

Flores sexu distincti in separatis stirpibus. MAS. Calyx imbricatus squamis rotundatis, concavis, quaternis aut septenis. Cor. nulla, Receptac. in columnam elongatum, cui affixae Antherae subdenae, post dehiscentiam lobato peltatae. FEM. Cal. ut in mare. Cor. nulla, Receptac. prima orbiculatum, angustum, fungosum; deinde subhacmiphæricum, membranaceum denique carnosum, baccatum, coccineum. Ovar. unicum, ovato-acuminatum. Stigma simplex, sessile. Nux a receptaculo baccato involucreta, ovata, unilocularis, evalvis.

TAXUS baccata. Tab. 91. fig. 6.

Taxus. DOD. *pempt. 859.* CAM. *epit. 840.* BLAKW. *herb. t. 57* ** opt*

Taxus baccifera. HALL. *hist. n. 1663.*

Taxus foliis approximatis. LINN. *syft* veg. 895.*

PER. NUX olea, obovata, apice mucronata, turgide lenScularis, glabra, atra, unilocularis, evalvis, involucreta receptaculo floris grandiflora, ovato-globofo, apice pervio, carnosum, coccineum.

REC. nuUum pneter fundum involucrum

SEM. unicum, cavitati nucis conforme, ad basin tamen processu mamillari indignitum, pallidum.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. magnitudine & figura feminis, carnosum, crassissimum, album.



EMB. monocotyledoneus, tereti-acuminatus, feu fufiformis, eredus, lacfleus.
Rad. leviter attenuata infera.

a.) Nux immatura, pneputio membranaceo albo ad medium^ ufque veftita. b.) Involucrium
 Kiicis matUTum, apice faltem pervium. c.) Idem longitinaliter diftctum, cum nucula in litu.
 d.) Nux feparata. e.) Ejus fedHo transversalis. f. g. G.) Semen denudatum ereftum (f.), &
 inverfum (g.) cum fua mamilla umbilicali. H.) Embryo intra albumen verticnliter diffe&um.
 I.) Idem folutus.

TAXUS nucifera. *ibid.*

Taxus nucifera. EJMPE. *amoen. p. 814. t. 51\$.*

Taxus foliis dijlantibus. LINN. *fyft. veg. 895.*

A. CL. HOUTUYN.

Nux corticata: Cortice baccato, ovato acuminato (a), glaberrimo, nitidiflimo,
 viridi, pallidis ftriis variegato, molli, aromatico. Arillus reticulatus (b)
 membranaceus, tenuiflimus, carni & putamini interje&us, atque hujus
 bad (c.) affixus. Putamen ovato-oblongum (c), rugofulum, furfum atto*
 nuatum, tenue, uniloculare (d.)» fragile. Semen (e) putamifti conforme,
 integumento Gmplici furfuraceo teftum. Albumen (f.) figura feminis,
 oleofum, pallidum, fragile. Embryo (f. G.) in ball albuminis, monocotyledoneus, teietiacuminatus, ladleus.

Corticis baccati figuram & defcriptionem e KIEMPFERO mutuatus fum; videant
 itaque alii, num omnino claufus, anne faltem per matuntatem apice obtu-
 ratus fit? Arillus, quern ad naturam delineavi, nihil aliud eff<? mihi vide-
 tur, quam involucri carnofi membrana interna.

DLXXI. FICUS* TOURN. *in/I. t. 430.* LINN. *gen. 116%.*

Flores fexu diftin&li, in eode^, vel in feparato *Receptaculo communi* turbi-
 nato, carnofo, fquamis conniventibus claufo. MAS. Calyx campanula-
 tus, trifidus, bafi in pedunculum floris carnofurti, filif'ormem, definens.
 Stam. tria. FEM. Calyx campanulatus, quinquefidus, bafi *externa** in
 pedunculum floris carnofum filiformem produdusj *interna*, cum ovario
 commiftus. Ovar. femiinferum. Styh fetaceus, apice bifidug. Drupa
 monofperma.

Ficus Carica. Tab. 91. fig. 7.

Ficas. DOD. *pempt. 812.* BLAKW. *herh. 1.125.* EHRET. *decad. t. fj. 74. opt.*

Ficus palmata. HALL. *hijt. n. 1607.*

Ficus fdliis palmatis. LINN. *fyft. veg. 921.*

FRUCT. turbinatus, apice umbilicatus, e viridi & rubro varius, carnofus,
 xnollis, intus cavus.

PER.

PER. Drupa minima, baccata, filiformi - pedunculata, calyce supra medium fibi circumnato tedla, atque ftylo perfifonte terminate. Cortex gelatunofo-carnofus, fubpellucidus, demum exarefcens; Putamen cruftaceutn# tenue, fragile, femem aemulans.

REC. funiculus filiformis, e pedunculo floriis oriundus, fuperne bifidus: crure altero in ftylum pergente, altero recurvo, femem pendulum fuftinente.

SEM. putamini cofforme, feu ovatum, furfum anguftatum, lenticulari com* preifum, fub apice foramine umbilicali notatum, rufefcens.

INT. fimpliciifimum, membranaceum.

ALB. magnitudine & figura feminis, craflum, carnofum, pallidum, febi inftar fragile.

EMB. teretiufculus, uncinatus, inverfus, niveus. *Cotyl.* femiteretes, accumulantes, arcuatae. *Rad.* leviter incurvata, longa, fupera.

a.) Fructus integer, b.) Idem diflbtus. c. C.) Flofcnlus femineis matums. D.) Cortex drupae pulpofus di(Tedlus, cum fnniculo umbilicali feminis. e. E.) Putaminis crufta integra. F.) Eadem tranfverfe fe-cta, cum femine ad ir.edimu denudato, atque cicatricula fua umbilicali propria infvgnito. G.) Embryonis fitus in albumine. H.) Embryo folutus.

Redius forfan Utriculus, quam drupa, hoc pericarpium diceretur, quia tandem in membranulam tenuem exarefcit.

DLXXII PIPER. LINN. *gen.* 43-

Frudificationis partes in fpicam filiformem digeftae. Cal. nullus. Cor. nulla. Stamina incerto numero Ovarii intermixta. Bacca unilocularis.

PIPER Cubeba. Tab. 9a. fig. 1.

Piper caudatum. BESL. *mus.* p. 7. t. 3.

Piper foliis oblique ovatis f. oblongis venojs actitis, fpica folitaria pedunculata opojitifolia, fruSlibiu pediceUatis. LINN. *fyji.* veg. 74.

PER. Bacca carnofa, globofa, apice obfolete umbilicata, bad pedicellata, rubra, vel per vetuftatem fumofa, glabra, unilocularis. Caro modice craffa, demum in pelliculam coriaceam exarefcens.

RE^XC. nullum; caro undique femini adnata.

SEM. unicura, fubglobofum, fuperne exigua foveola umbilicatum, ferrugineo-fufcum, rugofulum.

INT. fimplex, membranaceum, albumini arde adnatum.

ALB. femini conforme, fubgranulofum, friabile, pallide lutefcens, aromaticum, acre, foveola exiliilima prope *verticem exculptum.



EMB. minutiflorus, inversus, laevis, in propria albuminis cavitate, folio integumento ut in Palmis clausa, locatus. *Cotyl.* duae minutiflorae, papillares, divergentes. *R.Scl.* difcoidea cum acumine medio, fupera, integumento feminis affixa. *

a.) Racemus tonge pedunculati. b. c.) Bacca foliata, integra. d.) Bacca transversim secta. e. f.) Semen demidatum, F.) Bacca atque Seminis fere verticalis. G.) Cavitas in supremo albumine, embryonem claudens. H.) Embryo solutus,

Piperis nigri & albi fructus, in officinis venales, sunt baccae immatura, integre, aut decorticatae, albumine imperfecto, cavo, sed nullo visibilem embryone, vel ejus loco, squamula faltem rotundula & carnosae dotatae.

DLXXXIII. LAURUS. TOURN. *injl. t. 367.* LINN. *gen. 503.*

Flores hermaphroditi, vel & sexu distincti in separatis stirpibus. Calyx monophyllus, quadri- 1. septemfidus. Cor, nulla, aut quadrifida. Stam. sex ad decem: filamentis interioribus basi glanduliferis. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca, unilocularis, monosperma.

LAURUS nobilis. Tab. 92. fig. 2.

Launis. CAM. ^v. 60. BLAKW. *herb. t. 175.*

Laurus foliis ovato-lanceolatis, ramis floriferis folio brevioribus. HALL. *hist. ft. 1602.*

Laurus foliis lanceolatis venis perennantibus, floribus quadrifidis. LINN. *fl. veg. 383.*

PER. Bacca superum, ovata, carnosae, tenuis, unilocularis, violaceo-atra.

REC. nullum, praeter tuberculum parvum in fundo baccae, unde fascia vasculosa utrinque fecundum longitudinem feminis ascendit, & in ejus apice finitur.

SEM. unicum, grande, ovatum, supra leviter mucronatum

INT. simplex, chartaceum, aridum, tenue, facillime a nucleo secedens atque carni baccae adhaerens, ut femina in vetustiori fructu acocon videatur.

ALB. nullum.

EMB. femina conformis, inversus, albus. *Cotyl.* ellipticae, carnosae, crasse, piano-convexae. *Plum.* diphylla, grandifolia, foliolis linearibus. *RaJ.* parvula, subglobosa, superum, immerita intra cotyledones latens.

a.) Bacca integra. c.) Eadem per medium secta. c.) Semen demidatum cum fascia sua membrana. d.) Cotyledones separate, cum squamula atque Radicula in situ naturali.

LAUKUS *Cassia*, *ibid.*

Carua. RHEED. *mal. jr. p. 107. t. 57. Cassia lignea*. BLAKW. *herb, t. 391.*
Laurus foliis triplinerveis lanceolatis. LINN. *fyjt. veg. 183.*

£ colledione fern. hort. lugdb.

Bacca ovato-oblonga (a) apice mucronata, basi calyce campanulato, coriaceo, angulato, inaequaliter f—6 dentato excepta, caeruleo - fusca, glabra, unilocularis (b), demum in crustam coriaceam tenuem & profusissimam inodoramque exarefcens. Semen (c) integumento chartaceo, ab ipso femine foluto atque carni adhaerenti tectum, ovato-acuminatum, in duabus & cotyledones crassas (d.) parvibile. Radicula atque Plumula minima, intra cotyledones > ut in praecedenti latent.

LAURUS *Cinnamomum*. *ibid.*

Cassia cinnamomea. HERM. *htgdb. 129. t. 655.*

Cinnamomum foliis latis ovatis frugiferum. BURM. *zel. 62. t. 27.*

Cinnamomum. BLAKW. *herb. t. 354. f. 1. non fig. z. c. d. quae praecedentis est.*

Laurus foliis ternerviis ovato-oblongis: nervis versus apicem evanescentibus. LINN. *fyjt- veg. 383.*

hanu - Eunindu. Zeylonens*

E colled, fern. hort. lugdb.

Bacca subglobosa (a. b.), apice depresso-rotunda atque torulosa, basi calyce crasso, coriaceo, angulato, sublobato & inaequaliter sex — novem dentato excepta, xarosa: Carne crassissima (c), per setam fungosa, cinnamum fortiter redolente. Semen (d.) sphaericum, aut globosum, integumento crustaceo, fragili, sed tenui (E.) tectum. Embryo lemini conformis.

Non possum abs me impetrare ut *Cassiam* lineam, cum Cl. THUNBERGIO, meram *Cinnamomi* varietatem credam. Etenim in fructu discrimen infigne, non tantum quod ejus fabricam & figuram, sed & quod odorem ejus spectat, qui scilicet in *Cassiae* bacis nullus, in *Cinnamomi* vero etiam vicissimissimis & hos centum ante annos ab ipso P. HERMANNO in *Ceylona* ledis, longe gratissimus & iorsissimus deprehenditur.

DLXXIV. N A N D I N A. THUNB.

Calyx polyphyllus imbricatus. Cor. hexapetala. Stam. sex. Ovar. superum. Styl. unicus. Stigma capitatum. Bacca exsucca unilocularis, dilpernw.

NANDINA domestica. Tab. 92. fig- 1-

Nandina. THUNB. *jap. p. 8. & W» Ljmw, & \$• w^# 34+*

A Cl. Hüttuyn.



PER. Bacca fupera, magnitudine pifi, fphaerica, exfucca, coriacea, ftylo brevi atque Itigmate capitato trilobo terminata, extus rubra aut per aetatem fpadiceo rufcfens, intus membrana alba veftita, unilocularis.

REC. fpongiofum & quafi adipe fcatens, feminibus interjedtum, eorumque cavitacem internam farciens: hiuc *in* recenti fructu globofum, album.

SEM. duo, menifcoidea, f. convexo concava, rotunda, ad alterum fuum marginem ftria deprefsa, a bafi ad apicem decurrente notata, cinerdfcentia, aut rufefcentia.

INT. fimplex, tenuiflimum, ar&e adnatum.

ALB. femini conforme, cartilagineum, durum, aqueo - pallidum.

EMB. minutus, niveus, inverfus, in apice albuminis locatus. *CotyL* rotundatx, fubfoliaceE. *Rad.* increffata, brevis fupera.

a. A.) Bacca Integra, b.) Eadem diiTcfta. c. C.) Seniinis pars convexa. d. D.) Ejusdem pars concava. E.) Sulcus in margine feminis. F.) Albumen tranfverfe feftum. H.) Idem veJtica-liter fedlum, cum fitu Embryonis. I.) Embryo feparatus.

Numerus feminum naturalis, binarius eft, fed interdum nonnifi unicum adolefcit, & tunc alterum, bafi ejus, fub forma fquamulae emarcidae adhaeret. Etiam figura confueta, menifcata f. oculorum Cancr^t xmula eft; at nonnunquam femina, utrinque fovea excavata deprehenduntur, quale repraefentatur in fig. G.

DLXXV. CASSINE. LINN. *gen.* 37r.

Calyx quinquepartitus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. fuperum. Stigmata tria feffilia, reflexa. Drupa baccata, triJocularis.

CASSINE Maurocenia. Tab. 92. fig. 4.

Cerajus africana, foliis plerumque in fttmmo finuatis, fru&u rubro. PLUK. *fhyt.* t. 158. f. a.

Vrangula fempervirem, folio rigido fubrotutido. DILL. *elth.* 146. t. 121\

CaJJine foliis fejjilibus integerrimis obovatis cortaceis. LINN. *fvyt. veg.* 295.

Ex herbario Bankfiano.

PER. Drupa fupera, baccata, globofa, tribus in vertice ftigmatibus elevato-pundlicularibus notata. Cortex carnofus, tenuis, cuticula externa e minio rubra. Putamen cruftaceum, tenue, triloculare.

REC. nullum; femina apice loculamentis affixa.

SEM. folitaria, ovata, fupra acuminata, cum umbilico terminali minuto albicante, cetera atra, hinc convexa, a&ide angulata.

INT.



INT. duplex: *exterius* coriaceum, craffiufculum; *interius* membranaceum, rufefcens.

ALB. fe mini con for me, carnofum, album, cavitate compreflain medioidivifum.

EMB. dimidio albumine brevior, inverfus, luceus. *Cotyl.* ovatae, foliaceo compreflfe. *Rad.* breviflima, fupera.

a.) Drupa integra. b.) Eadem difcedu. c. C.) Seiiiina feparata. D.) Scminis & albumini* fe&io transversalis. E.) Embryonis in fupremo albumine fitus. F.) Embryo folutus.

Embryonem adultiorem totam albuminis cavitationem replere, verifimile eft.

DLXXVL PHILLYREA. TOURN. *in/I. t. 367.* LINN. *gen. 19.*

Calyx quadridentatus. ^ Cor. monopetala, quadrifida. Stam. duo. Ovar. fuperum. Styl. fimplex. Drupa bilocularis. Semina ibilitaria.

PHILLYREA media. Tab. 92. fig. f.

Phillyrea TIL CIUS. *hiji. i. p. 52.*

Phillyrea foliis ovato - lanceolatis fubintegerrimis. LINN. *fyft. veg. 57.*

Ex herbario Bankiano.

PER. Drupa fupera, baccata, ovato - globofa, ftigmate globulofo terminate, nigra. Cortex carnofus, tenuis. Putamen chartaceum, tenuiffimum, album, biloculare.

REC. nullum; feinina diirepimento affixa.

SEM. folitaria, uno lapius abortante, ovata, fupra leviter acuminata, hinc convexa, inde planiufcula aut angulata, rugofula, fpadiceo-rufefcentia.

INT. fimplex, membranaceum, tenuiffimum, albumini adnatum.

ALB. femini conforme, carnofum, candidiffimum, molle, ut fere farinofum.

EMB. longitudine albuminis, ^ inverfus, albus. *Cotyl.* lineari - oblongae, compreffae, pJanx. *Reid,* teretiufcula, fupera.

o

a) Dnipa integra. b.) Eadem ilifie^a. c. C.) Semina foluta. D.) Albumen trans veifc, & E.) Idem longitutlinaliter difcedum cum Embryone.

Erroneus eft Linnxi charader generis effentialis a feminum numero defumtus-, conftantiffime enim duo adfunt loculamenta, quare etiam naturalis feminum numerus non alius, quam binarius.



DLXXVII LIGUSTRUM. TOURN. *inft.t.* ^. LINN. *gen.* ig.

Calyx quadridentatus. Cor. mouopetala quadrifida. Stam. duo. Ovar. fuperum. Styl. fimplex. Bacca bilocularis. Semina geminata.

LIGUSTRUM vulgare. Tab. 9Z. fig. 6.

Ligustrum. BESL. *Eyfl. vern. frut. t. 13. f. 2.* BLAKW. *heti. 1.149.* HALL. *hift. n. 530.*

Ligustrum foliis lanceolatis acutis, panicuU pedicellis oppofitis. LINN. *Jfy/?.* veg. £6.

PER. Bacca fupera, carnofa, fubglobofa, nitida, purpureo-atra, bilocularis. Caro fucculenta, coloris e purpura rubri. Loculamenta propria membrana tenuilima veftita.

REC. nullum, prseter dua\$ cicatriculas in lingulo latere diflepimenti, quibus femina affixa.

SEM. in fingulo loculamento gemina, vel & rarius unicum: hoc, dimidiato-ovatum; iUa, oblonga, hinc convexa, inde angulata j utraque vero glabra, nitida, purpureo-atra, umbilico albicante fuperius notata.

INT. fimplex, membranaceum, craffiufculum, albumini arcle adhaerens.

ALB. femini conforme, fubcarcilagineum, 1. carnofum durum, candidum.

EMB. longitudine fere albuminis, inverfus, hdeus. *Cotyl.* ovato-lanceolatae, foliaceae, in feminibus folitariis planse, in geminatis autem carinatae. *Rad.* teretiufcula, longa, fppera.

- a.) Racemus cum baccis integris. b.) Loculamanta gemina. c.) Semina diflepimento affixa. d.) DiiTepimentuin liberum, cum duabus cicatriculis, e quibus femina pendent, c. f.) Semina foluta. g.) Albumen transverfe, & h.) Idem verticaliter fedlum, cum figura & fitu Embryonis.

DLXXVIII AQUIFOLIUM. TOURN. *injl. t.* 371.

Ilex, LINN. *gen.* 172.

Calyx quadridentatus. Cor. quadrifida rotata. Stam. quatuor. Ovar. fuperum. Stigmata quatuor feffilia. Bacca tetrapyrena.

AQUIFOLIUM fpinoflim. Tab. 92. fig. 7.

Aquifolium. CAM. *tflu 84.* BLAKW. *herb. t. so\$.* OED. *fior. dan. t. \$08** HALL. *hijl. tu 66?.*

Ilex foliis ovatis acutis fpinqfts. LINN. *Jyjl. veg. t69.*

PER. Bacca fupera, caraofa, ovato globofa, nitida, coccinea, quatuor ftigmatibus aridis atris coronata, tetrapyrena. Caro firma, flavescens, fubferinpa. Oflcula ovata, utrinque acuminata, rugofa, hinc ctfhvexa, inde angulata! uniloculam, monofperma, oflea*

REC. nullum.

SEM. quatuor, oblonga, utrinque acuminata, subtriangula, luteo-fulva.

INT. (implex, tenuissimum, membranaceum, aridum, facile fcedens.

ALB. femini conforme, carnosum, albicans, intus fissuralongitudinali subdivisum.

EMB. minutissimum, globulosum, niveum, inversum, in supremo albumine hserens. *CotyL* brevissima, crassa. *Rad.* obtusa fupera.

«. b.) Baccæ integre. c.) Officulorum in bacca fitus. d. D.) Officuli latus dorsalis. e. E.) Ejusdem pars ventralis. F.) Officium cum femine diffidit. G. H.) Sceminis fides anterior & posterior. I.) Albumen verticaliter fissum cum iitu Embryonis. K. L.) Embryo feparatus.

DLXXIX. BARYOSMA,

Flos ... • Drupa fupera baccata, pucamine fhipido uniloculari monolpermo.

BARYOSMA Toiigo. Tab. 95. fig. 1.

Ex feminario hort. Amftelod,

p&B. Drupa fupera, baccata, ovato oblonga, fuperne leviter acuminata, per aetatem pallide ftraminea. Cuticula tenuis, glabra, nitida. Caro fucculenta, pauca, per aetatem evanescens. Putamen figura & magnitudine drupae, lapideum, crassum, undique fetis brevibus rigidis subfasciculatis fhipidum, uniloculare, evalve.

REC. funiculus umbilicalis brevis e putaminis vasis nutritiis oriundus atque femini sub apice fuo infertus.

SEM. unicum, cavitate putaminis multo brevius & angustius, oblongum, lenticulari compreffum, obfoletis rugis inferiptum, atrum, splendens, graveolens.

INT. (implex, aridum, chartaceo-coriaceum, tenue, extus quad pinguedinofum & aquæ contactum respuens, intus subferrugineum.

ALB. nullum.

EMB. femini conformis, inversum, per* aetatem, aut ab olei, quo icatet, copia melius. *CotyL* ovato oblongae, piano convexifculae, extus obfoletae rugofe. *Plum*, grandifcula, ex fcapo longo, ancipiti, & foliis geminis pinnatis, tri - L quadrijugis, cum impari. *Rad.* ovato acuminata, compreffa, fupera.

a.) Dnipa integra, e majoribus, nam dantur dimittio minores. b.) Eadem, detrada cuticulai ut putaminis fuperficis fhipida in confpèhnn veniat. ^.) Putamen longitudinaliter apertum, cum femine in fitu naturali. d.) Semen transverse fissum. e.) Embryo denudatus. f.) Radicula & plumula, magnitudine naturali. F.) Plumula feparata & audla.



Semen valde oleofum est, ut ficpius materies alba butyracea inter cotyledones reperiatur; forti etiam & vellicante odore predictum est, quare Nicotians pulveri fternutatorio femina haec addi solent.

DLXXX. PRUNUS. TOURN. *inft. t. 398.* LINN. *gen. 360.*

Calyx inferus quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. calycina viginti & plura. Ovar. fuperum. Styl. fimplex. Drupa baccata, putaraine glabriufculo, futuris prominulis.

PRUNUS domeftica. Tab. 9[^]. fig. 2.

Prunus damascena. BLAKW. *herb. t. 305.*

Prunus foliis ferratis hirfutis ovato - lanceolatis, fioribts longe petiolatis. HALL. *hft. n. 107p.*

Prunus pedunculis subfolitariis, foliis lanceolato - ovatis convolutis[^] ramis tmiticis. LINN. *fjl. veg. 463.*

PER. Drupa fupera, baccata, ovalis, altero latere paulo magis gibba atque ftria deprefla inferipta, cxrulea, rorulenta. Caro flayelcens, mollis. Putamen offeum, ovatum, utrinque acuminatum, lenticulari - compreffum, obrolete fcrobiculatum, uniloculare, cultro fecundum futuras filile. Sutura altera gibbofior, fimplex, prominula, acutaj altera redior, fulco medio bipartita, angufta, crenulata.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, in proprio canali putaminis future acutac inferipto decurreiis atque femini infra apicem ftium infertus.

SEM. unicum, ovato - acuminatum, lenticulari - compreffum, cavitate putaminis minus, e ferrugineo-rufescens f. cinnamomcum.

INT. duplex, utrumque membranaceum, tenue.

ALB. carnofum, albam, tenuillimum, ut vix ullum, nil! **circa** radiculam embryohis.

EMB. femini conformis, inverfus, ladleus. *Cotyl.* obovatse, carnofk, planoconvexx. *Plum,* diphylla, comprefla. *if ad. incraiTata* 3 ovaco« acuminata, fupera.

a.) Drapa integra. b.) Ptificiminis in came fitns & figna. c.) Ejnscm valvula altera Cim femine integro. d.) Albumen fpernc denndatiim. e.) Idem verticaliter diffctnm, cum embryone in fitu. f.) Cotyledones feparatae. G.) Plumula cum radiciila foluta & aucla.

DLXXXI. AMYGDATUS. TOURN. *infi. t. 402.* LINN. *gen. 619,*

Calyx hTferus quinqueEdus. Cor. pentapetala. Stam. calycina viginti & plura. Ovar. fuperum. Styl. fimplex. Drupa pubescens, baccata aut exfucca: putamine glabriufculo aut fcrobiculato; futuris prominulis.

AMYG-

AMYGDALUS nana. Tab. 9}. fig. j .

Armeniaca perfica foliis fru&u exfncco. AMM. ruth. 273. t. 30.

Amygdalus foliis bafi attenuatis. LINN. fyji. veg. 462.

PER. Drupa fupera, exfucca, rotundato-acuminata, turgide lenticularis, feffilis* Cortex coriaceus, per maturitatem altero latere dehifcens, extus tomentofus, albus; intus ferrugineus, cavernulofus. Putamen offeum, figura corticis, glabrum, bivalve: Sutura altera tenui, anguftiore -, altera increffata, latiorej utraque integerrima, glabra.

REG. funiculus umbilicalis filiformis, in canali proprio future craffioris ad feminis apicein adfcendens.

SEM. imicum , ovato - rotundatum , fxipra acuminatum , turgide lenticulare, pallidum, venis rufefcentibus pidtum.

INT. duplex: utrumque membranaceum, interioris fuperficie interna carnofa, alba.

ALB. nullum, practer laminam tenuillimam carnofam.integumenti internu

EMB. femini conformis, inverfus, ladeus. *CotyL fubhemifphaEricae, carnofc.* *Plum*, diphylla, fqjiolis ovato acuminatis conduglicatis. *Rad.* brevis, conica, fuperaf

a.) Drupa integra. b.) Putamen , altera corticis valvula reflexa, denudatum , integrum.
c.) Valvula putaminis apertae, cum femine in fitu. d.) Integiementiim feminis internum fuperne denudatum. e.) Embryo dcmidatus. f.) Cotyledones feparatx. F.) Radicula & Plumula auda.

Uti certi inter Padum, Cerafum, Armeniacam & Prunum non dantur limi* tes, ita nee inter Amygdalum & Prunum verum datur difcrimen genericum. Sola differentia, eaque fatis frivoJa, conmlit in pubefcentia corticis drupx: nam pori putaminis, in *A. nana* & in nonnullis ipfius *A. commnis* varietatibus plane defunt.

DLXXXII. OLEA. TOURN. *infi. t. 370.* LINN. *gen. 20.*

Calyx quadridentatus. Cor. monopetala quadrifida. Stam. duo- Ovar. fuperum, biloculare. Styl. fimplex apice bifidus. Drupa baccata, putaminic offeo, plerumque uniloculari, monofpermo.

OLEA europxa. Tab. 9;. fig. 4.

Oka. DOD. pempt. 821. BLAKW. herb, t: 199. bene. — fyhejiris. BLAKW.

*. 213-

Olea foliis lanceolatis. LINN. Jyft. veg. S7- f

PER. Drupa fupera, baccata , elliptico-lobofa, lufcenti - viridis , demuni nigra. Caro duriufcula, crafla, glauca. Putamen offeum, ovato-oblon-

K %

1 gup*



gum, utrinque acuminatum, fuperne ad apicem duobus callis oblongis lateralibus notatum, cetera obfoletiffime rugofum, craffum, biloculare: Loculamento altero facpiffime oblitterato j altero iblo fertili atque intus crufta cartilaginea hevigatiffima veftito.

REC. filiforme, e fundo loculamenti oriundum & ejusdem parieti adnatum, furfum ad femem pergens, cujus cicatriculae umbilicali mox infra apicem inferitur.

SEM. unicum, altero fciJ. confbnter abortiente, oblongum, teretiufculum, deorfum acuminatum, paulo infra verticem cicatricula umbilicali notatuna, pallide gilyum aut ftramineum.

INT. fimplicifflimum, tenuifflimum, membranaceum.

ALB. femini conformne, amygdalino - carnofum, oleofum, album.

EMB. longitudine albuminis, inverfus, luteus. *Cotyl.* fubfoliaceac, cordato-lanceolatse, verfus apicem flexuofae. *Rad.* teretiufcula, fupera.

a.) Drupa integm. b.) Putamen feparatum, full apice duobus callis «. a.) notatum. c.) Idem tranferve feftum, cum altero loculamento oblitterato. d.) Idem, cum altero loculamento penitus delcto, & fubftantia oifea fibris capillaribus ligneis perforata. e.) Seminis pars fuperior denudata, cum cicatricula umbilicali. j8.). f.) Embryo in albumine verticaliter diffefto. g.) Idem foitutus.

DLXXXIIL MURRAYA. LINN. *gen.* 1341.

Calyx monophyllus, brevis, quinquefidus. Cor. pentapetala. Nedlar. campanulatum, ogarium cingens. Stam. decem. Ovar. fuperum. Sty], fimplex: ftigmate capicato pentagono. Bacca exfucca, unilocularis monofperina,

MURRAYA exotica. Tab. 9;. fig. f.

Camwinim jetponicum. RUMPH. *amb.* 5. p. 29. l. 18. l. 2.

Mar/ana buxifolia. SoNNERAT. *voy. ind.* 2. p. 245. U J^f.

Murraya exotica. LINN. *fyji. veg.* 398.

Bids de chine. A SereniiT. Princ. CAROLINA March. Bad.

PER. Bacca exfucca, fupera, globofa, brevi acumine terminata, pundlis elevatis aut tuberculis miliaribus obfolete fcaabrata, coriacea, tenuis, unilocularis.

REC. nullum j femiei fundo baccae affixum & cum cuticula fu:\ undique cohaerens.

SEM. inticum, ningnitudine fere baccae, fubglobofum, fibris mollibus breviffimis, appreffis undique contedum, albidum aut pallide ftramineum.

INT. fimplex, chartaceW, tenue, facile fecedens, bafi fherna Jata area cha'azina, caftaneo fufca iftcatum.

ALB i u l i u ' n i .

EMB.



EMB. femini conformis, inverfus, pallide viridis, ad bafin mamilla demref-
liufcuJa in altera cotyledone infignitus. *CotyL* rotundata, carnofie, piano
convexee inxuales: altera minore teiuiiores altera craifiore & ad bafin
mamilla infignita. *Rad.* teretiufcula, alba, fupera, imra cotyledonc*
lateiis.

a.) Bacca Integra, b. B.) Ejtis **certex** ad medium nfque detra&us. c. C.) Semen denudatiim.
3U) Idem tranferve fc&um, inaqualem cotyledonum craffiticm oftendens. c. f.) Embryo denu-
datus cum mamilla fiw, craffiori cotyledoni imprefla. g. h.) Cotyledones feparati.

% **Propter fitum chalazac excentricum fufpicor ovarium immaturum effe bilo-
culare aut difpermum.**

DLXXXIV. EPACRIS. LINN. gen. 1369.

Calyx pentaphyllus perfiftens, foliolis lanceolatis acuminatis eredis: duolnu
interioribus anguftioribus. **Cor.** hypocraterifbrmis, tubo laxo longitudine
calycis: Limbus patens, quinquepartitus, aequalis, tubo duplo brevior.
Nedar. Squamae quinque, bafin ovarii cingentes, oblongae, truncato-
emarginatae, ovario breviores. **Stam.** quinque, brevia, fauci corolla in-
fata. **Ovar.** fuperum. **Styl.** filiformis: ttigmate capitato angulato. **Capfula**
quinquelocularis: locuJameiitis polyfpermis. **Ex fchedis SOLANDRJ.**

EPACRIS frondofa. Tab. 94. fig. 1.

Ardifia frondofa. SOLAND. mfs.

Epacris arborea, foliis fitbulatis vaginantibus, racemis ere&is, floribus oppofitis ?
LINN. *Jyft. veg. 198.*

Ex herbario Bankiano.

PER. Capfula fupera, fubturbinata, rotundato - pentagona, quinquelofctiliris,
quinquevalvis. Diifepimenta medio valvularum inferta atque fulcis capfulae
externis depreflis refpondentia.

REC. in fingulo loculamento fingulum, liberum, oblongum, ex tereti - com.
preiluifculum, pedunculo curvo ex axi fructus oriundum, acque altera fui
extremitate deorfum pendulum, feminibus undique contedum.

StM. plura, minutula, lin^i oblonga, utrinque attenuata, rufefceantia.

INT. fimplex, membranaceum, tenue.

^{A1}-**B.** femini conforme, carnofum, aqueo pallidui|j| tenue. 0

EMB. oblongus, inverfus, albus. *CotyL* Jineares, foliacex. *Rad.* teretiuf-
cula, fupera, f. relative centripeta.



a. A.) Flos naturali & aucta magnitudine. b. B.) Capsula integra, calyci maturi impolite.
 C.) Ejus sectionis transversalis. D. E.) Receptacula in situ naturali & foliata, cum semini in
 inflexione. F.) Semina separata & aucta. G.) Semen transverse, & I.) Idem longitudinaliter
 dissectum, cum situ & figura embryonis.

DLXXXV. A R D I S I A.

Calyx pentaphyllus, foliolis ovatis concavis persistentibus. Cor. hypocreteriformis, marcescens. Tubus laxus, calyce longior. Limbus brevis quinquepartitus. Nectar. Squamulae quinque oblongae, basi ovarii appressae. Stam. quinque, brevissima, faucibus corollae infertae. Ovar. subrotundum superum. Styl. filiformis, stigma (implex. Bacca corticata, exsucca quinquelocularis. Loculamenta dispermia. Ex schedis SOLANDRI.

Differt ab Epacris: Stigmate simpliciter, pericarpio baccato, feminibus geminatis.

ARDISIA acerofa. Tab. 94. fig. 2.

Stiphelia acerofa. SOLAND. mfs*

Epacris arborea, foliis parvis unearibus acutis patentibus sessilibus > racemis cernitis, floribus alternis. LIKN. Jyji. veg. 198.

Ex herbario Bankiano.

PER. Bacca superum, parva, exsucca, spicifera, stylo brevi subulato terminate*
 Cortex coriacea, tenuis, niger. Caro fungosa, foliifera, alba, quinquelocularis.

REC. in singulo loculamento singulum, filiforme, breve, altera extremitate axi fructus infertum altera, duo femina pendula sustinens.

SEM. geminata, parvula, ovata, sursum attenuata, plano-convexa, rufescentia.

INT. simplex, membranaceum, tenue*

ALB. nullum.

EMB. femina conformis, inferus, albus. Cotyled. ovatae, carnosae, tenues. Rad. brevis superum.

a. A. b. B.) Bacca integra, a superiore atque inferiore parte spicata. c.) Cortex ad dimiduium resectus & caro fungosa denudata. D.) Bacca transverse secta. E.) Seminum in loculamentis situs. f. F.) Semina geminata e funiculo umbilicali pendula. G.) Eadem transverse secta.
 H.) Embryo demidatus.

Embryonem non fastidit (ae vidi, quare figura ejus (H), dubia & fortan albumini tribuenda.

DLXXXVI. COMMERSONIA. LINN. *gen.* 1380.

Calyx monophyllus quinquepartitus. Cor. pentapetala, calyci inferta: petjulis ball dilatatis. Nectarium decempartitum: laciniis alternis lanceolatis % alternis filiformibus villofis. Stam. quinque. Ovar. fuperum, globofuir. Styl], quinque, ftigmatibus globofis. Capfula fetis mollibus echinata, quinquelocularis.

COMMERSONIA echinata. Tab. 94. fig. j.

Dafypogon. SOLAND. *mfs.*

Commerfonia. LINN. *Jyji. vcg. 30a.*

Ex herbario Bankiano.

PER. Capfula fupera, fubglobofa, corticata, pentacocca, quinquevalvis. Cortex coriaceus, undique fetis mollibus villofis echinatus, apice quinquefariam dehifcens. Cocculi quinque, obovati, deorfum anguftati, offei, hinc gibbi, inde angulati, ex dorfo femibilocuJares, bivalves: valvulis cocculorum contiguorum inter fe conferruminacis & diifepimenta capful* propria formantibus.

REC. nullum, prxter angulum loculamentorum centralem.

SEM. in ñingulo loculamento gemina, ovato - oblonga, fupra paulo craffiora, leviffime compreila, rubro ferruginea, in vertice autem nigricauca, incomplete arijlata.

Arillus membranaceus, tenuiffimus, albicans, lacerus, umbih'co feminis affixus, ejusque totan partem ventralem, non autem dorfalem, obtegens.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, craffum, duriufculum^m, *interim* membranaceum, tenue.

ALB. femini conforme, carnofum, pallidum*

EMB. longitudine fere feminis, eredus, lutefcens. *Cotyl. ovatae** fubfolia* ceas, plaftae. *Rad.* teretiufcula, cotyledonibus brevior, infera.

a. b.) Capfula integra & dehifcens. c. d.) COCCIIUS feparatus dauffi9 a latere & a parte ventrali fpedlatus. e.) Idem tranferve feftus, a dorfo fpedlatus. f.) Semina cum arillo. G.) Semen naturali majus, excuffo arillo. H.) Ejusdem fetfio tranferfalis. I.) Embrycmis, in femine verticaliter fe&o, figura atque fitus.

DLXXXVII. ROYENA. LINN. *gen.* 555.

Calyx urceolatus, q«in<iuedentatus, perfiftens. Cor. monopetala, limbo quinquefido revoluto. Stam. decem. Ovarium fuperum globofum. Styl. duo iimplices. Bacca calyc? vcftita, quadriocularis, Sera, folitaria, car-



ROYENA lucida. Tab. 94. fig. 4.

Staphylo dendrum africanum Jempervirens, foliis splendens.. COMM. hort. amjl. t. p. 187. t. 96.

Staphylo dendrum africanum folio fingulari lucido. HERM. parad. t. a\$ a.

Royena foliis ovatis scabriusculis. LINN. Jyjt. veg. 410.

A Cl. HERMANNO Prof. Argentor.

PER. Bacca calyce persistente coriaceo lacero &: intus ftriato vestita, carnofa, globofa, glabra, fuperne rubra, inferne pallida, quadrilocularis. Caro firma, albicans, fere ut in malis. Loculamenta, pulpa vitreo pellucida repleta, nee ulla membrana propria vestita: duobus faepe abortientibus, compressis, lunatis.

REC. nullum': femina gelatina involuta atque apici diflepimentorum affixa.

S t M. folitaria, & iii univervum quatuor, aut duo: ilia oblonga, fubtriquetra \ hsec, elliptica, plano-convexa₃ glabra, fublucida, gilva, umbilico in vertice notata, atque ex hoc ipfb dudla per dorsum atque ventrem linea depreifa infignita.

INT. fimplex, tenue, membranaceum, albumini pertinaciffime adnatum.

ALB. femini conforme, cartilaginofum, duriffimum, album, fuperne umbilico feminis tubulofa profundiuscule perforatum.

EMB. longitudine dimidii albuminis, incurvus, inverfus, niveus. *Cotyl.* ellipticae, tenuiffimae, incumbentes, cum dorfo feminis parallel*. *Rad.* tertiufcula, longa, fupera.

a. b.) Bacca Integra, te&a & denudata. c.) Eadem transverfe feda, cum duobus feminibus in fitu naturali. d.) Ejusdem loculamenta quatuor, quorum duo lunata, ftrilia. e. f.) Seminis latus dorfae atque ventrale, utrumque ftria longitudinali inferiptum. g.) Albumen transverfe feclum. h.) Ejusdem fedio longitudinalis, cum umbilici fiftula atque embryonis fitu. i. I.) Embryo feparatus.

Commelini figura frudhis id inprimis peccat, quod baccam repraesentet nimis parvam atque apice infrudlam; fed femina quaterna rede fe habent. Pellicula propria, quam feminibus tribuit, nihil aliud eife poteft, quam exficcata loculamentorum gelatina. Linn*i defcriptio fru&us > ad iftam figuram concinnata, tota erronea eft.

DLXXXVIII. CALLICARPA. LINN. gen. 135.

Calyx monophyllus quadridentatus. Cor. monopetala quadrifida. Stam. quatuor. Ovar. fuperum. Styl. fimplex. Bacca unilocularis tetraferma.

CALLICARPA americana. Tab. 94. fig. f.

Anonymos baccifera verticillata, folio molli & incano. PLUK. phyt. U136* / 1. 3. 188



Frntex baccifer verticillatus foliis fcabris latis Aentatis & jungatis. CATESB. carol. 2. t. 47.

o *Callicarpa foliis ferratis fubtus tomentojs.* LINN. fyft. veg. 153.

PER. Bacca fupera, magiitudine pill minoris, globofa, pulpofo, primum rubfa, denique ar.ro-purp urea, unilocularis.

REC. nullunr; femina fundo baccae affixa.

SEM. quatuor, offea, elltpica, hinc convexa, indē leviter concava, pallida.

INT. duplex: exterius cruftaceuni, durum, nucleo latius; interius membra-naceum, tenue, lutefcens.

ALB. ovato - oblongum, compreffim, femine anguftius, tenue, carnofum, aqueo-pallfdum.

EMB. longitudine fere albumi-nis, ereclus, lafteus. CotyL oblongae, carnofic, pJaiiufcuhe. Rad. fubulaca, cotyledonibus brevior, infera.

a.) Bacca Integra. B.) Semina fupern^ denmlata. C.) Baccx unilocularis fedtio traaisverfii. d. D.) Seminis lat««J dorfale convexum. e. E.) Ejusdem pars ventralis fubeoncava. F.) Idem transverfc fechim. G.) Albumen integrum. H. I.) Embryo intra albumen & folntus.

Baccas tautum mutilas obtinui, quare de vero embryonis fitu in hac fpecie non certus fum.

CALLICARPA tomentofa. ibid.

Callicarpa foliis integerrimh lanatis. LINN. Jyjl. veg. ^i53%

Ilia. Zeylonens. E. colled, fern. hort. jugdb.

Hacca parva, magnitudine grani piperis, atra, ftigmate pallido terminata, calyce albo - tomentofo, orbiculato, fubedentulo aut obfbletiffime quadri-dentato, patentiffimo excepta, unilocularis (c.)» tetrifperma. Semina (d. D. E.) offea, ovata, hinc convexa, inde cum fulco elevato obfoleta concava. Albumen (f. G.) femine multo minus, triquetrum, fubpellucidum. Eoibryo (H.) ceitiffime ereclus, albus.

o

DLXXXIX. STERIPHA. BANKS.

Calyx quinquepartitus perfiftens. Cor. monopetala infundibuliformis. Tubus cylindraceus calyce brevior. Limbus quinquepartitus, laciniis oblongo-lanceoJatis obtufiufculis. Stam. quinque, tubo corollx intra finus mferta. Ovaria duo fupera, piano » convexa. Styl. duo filiformes, itigmatibus magnis capitato - pekatis concavis. Capfulse duae. Ex fchedis SOLANDRI.

STERIPHA reniformis. Tab. 94. fig. 6.

Steripha reniformis. So LAND. mfs.

Ex herbario Bankliano.

Tom. //,



PER. Utriculi duo fuperi, membranacei, piano - convexi > villofi^ breviflime pedicellati, femina laxa cingentes, nee dirnittentes.

REC. nuUutn * femina bafi affixum.

SEM. folitaria, fubglobofa, ad umbilicum pundto excavato notata, nigricantia.

INT. duplex: *exteritis*^o *cnxtk3iceum* 9 durum, cralfum, fragilej *interim* membranaceum, pallidum.

ALB. tenuiffimum, ut in ficco femine vix ullum appareat, fed ab aqua mutatur in gelatinam vitreo pcellucidam, fubviridulam, embryonem involventem & ejus plicis inter jedtam.

EMB. magnitudine fere feminis, dicotyledoneus, contortuplicatus, eredtus, albus. *Cotyl.* foliaceae, tenuiffimae, diverfimode & anfradluofe contortuplicatx. *Rad.* teretiufcula, fubfpiralis, infera.

a. A. B.) Calyx fru&ifer. B. c.) Utriculi coadunati. D.) Utrieuhis feparatus Integer a laterc **fu**o piano fpe&atus. E.) Idem diflc&us. f. F.) Semen integrum. G. H.) Idem transversaliter & longitudinaliter difTe&um, cum plicis? & convolutionibus embryonis obiter expreffis, **quia** penicillo ad naturam delineari ncqucunt.

Poft Operculariam, haec una ex fiiiigu!ariflTmis[#] orbis antardici plantis eft. Habitu fuo externo refert Sibihorpiam *eiiropaam*} at partium frudificationis numero, proxime ad Schreberam accidit!

DXC D I O S M A. LINN. *gen.* 272.

CaJyx quinquepartitus. Cor. pentapetala. Neclar. quinque ovario imposita. Stam. quinque. Ovar. fuperum, angulatum. Styl. fimplex. Cocculi tres ad quinque eluftici coalici. Semina folitaria.

DIOSMA hirtuta. Tab. 94. fig. 7.

Sph\ea africana odorata, foliis pilofis. CoMM. *rar.* 3. t. 3.

Diofina foliis linearibus hirtutis. LINN. *Jyji. veg.* 233.

PER. Capfula fupera, compofita ex cocculis quinque elafticis Si axern inter fe coalitis. Cocculi oblongi, comprefliufculi, transversim obfolete rugofi, fopra in roftrum fubulatum definentes, extus nigro fufcae, intus membrana cartilaginea alba elaftica veftitae, uniloculares, futura interiore elaftice dehifcentes.

REC. nullum; femina ope umbilici fungofi cocculis fub rofthro affixa.

SEM. folitaria, oblonga, turgide lenticularia, glaberrima, nitida, atra, *umU-lico* a!^, lineari, fungoib, ad latus internum fub apice notata.

INT. duplex: *exterius* cruftaceum, tenue, fragilej *interims* membranaceum pallidum, ad bafin chalaza hifca parva notatum.



ALB. carnosum, pallidum, tenue.

EMB. magnitudine fere feminis, inversus, albus. *CotyL* oblonge, carnosae, piano-convex*. *Rad.* tubercularis, parva, fupera.

a.) Frius integer, b.) Idem transverse sectus. c.) Cocculus separatus. A. e.) Membrana cocculi elastica. f.) Semen separatum integrum. G.) Idem transverse sectum. H.) Embryonis figuræ & iitus intra albumen.

DXCI. THEA. LINN. gen. 668-

Galyx penta-]. hexaphyllus. Cor. penta-1, enneapetala. Stam. numeroft. Ovar. fuperum trijocularis: ovulis in *fungulo* loculo quaternis aut iënis. Styl. unicus. *CnpC.* trilocularis trifperma.

THEA viridis. Tub. 9f. fig. i.

Thea, frutex folio *cerasti* flore rosæ folijs, fructu unico, bi- & ut plurimum tricocco. KEMPF. *amoen.* p. 505. t. 506.

Thea finenfiwn. BREYN. *ic.* p. 171- J> 5- BLAKW. *herb.* t. 351. 352.

Thea floribus emicpetalis. LINN. *Sp. Pl.* 491

PER. Capsula fupera coriacea, nunc simpliciter globosa, nunc ex duobus, & frequentissime, ex tribus globis quæ conflata, trilocularis, trivalvis; extus fumosa & pundis callosis diffinis conferta.

REC. nullum; femina angulo loculamentorum centrali affixa.

SEM. in maturo fructu folitaria, grandia, globosæ angulata, nucamentacea, spadicea, *TJmbilico* rotundato, amplo, clauso in latere interno notata.

INT. duplex*: exterius crustaceum, crassum, durum, fragile; interius membranaceo-coriaceum, vasis ramosis impressis reticulatum, fere infertur Nucis moschatæ, fusco-ferrugineum.

ALB. nullum.

EMB. femini conformis, in adulto fructu gilvus. *CotyL* crassa, piano-convexa, gibba, extus ab impressionibus vasorum rugata, amygdalino carnofo, oleosa, fragilis. *RaJ.* brevis, crassa, subcylindrica, intra cotyledones latens, cencripeca.

a. b. B.) Ovarium immaturum integrum. C.) Idem dissectum cum ovulorum insertione. d. e.) Capsula matura integra & dehiscens. f.) Semen separatum integrum, g.) Ejusdem nucis ad dimidium sectæ & demulata feminis membrana reticulato-nigosa. h.) Embryo nudus. i.) Cotyledones separata, cum Radicula media.



DXCII. CEDRELA. LINN. *gen.* 277.-

Calyx quiniquidentatus. Cor. pentapetala, receptaculo proprio quinquangulari inferta. Stam. quinque. Ovar. fuperum. Styl. (implex* ftigmate capitate Capfula lignofa, quinquelocularis. Seminaimbricata, deorfum alata.

CEDRELA odorata. Tab. 98'. fig. 2.

Cedrens barbadensium, alatis fraxim foliis. PLUK. *phyt. t.* J57. l. i.

Cedrela foliis pinnatis, floribus laxo racemosis, ligno levi odorato. BROWN. *jam.* 158. t. 10^m. f. 1. c. ic. fructus immacuri.

Cedrela floribus paniculatis. LINN. *fyjt. veg.* 241.

A Cl. STORR. Prof. Tubing. & femina matura a Cl. STEUDEL. Efsling.

PER. Capfula fupera, e lignofa pedunculo continuata & ipfi lignofa, fufca, pallidis maculis irregularibus undique confperfa & quafi leprofa, intus rufefcenti fpadicea, quinquelocularis, quinquevalvis: Valvulis ab apice dehifcentibus, bafi autem perfiftentibus, nequaquam caducis.

REC. lignofum, maximum, rufefcenti - fpadiceum, glabrum, inferne ventricofum, pentagonum; fuperne profunde angulatum, quinque alatum atque infra apicem areolis quinque oblongis fungofis pallidis notatum, quibus ipii feminum umbilici gemina ferie inferuntur.

SEM. numeroza, deorfum imbricata, compreffa, difformia: *fuprema* elliptica [^] *media* oblongo ovata, *infima* ovato lanceolata; omnia fuperne nucleo dotata, inferne in alam membranaceam definentia, e ferrugineo-cinnamomea.

INT. fimplex, membranaceum, tenue, ad nuclei fedem ftongiofum, increaftum, fufcum.

ALB. ovatum, carnofum, compreffum, [^]enue, album, tetro odore alliaceo imbutum.

EMB. magnitudine fere albuminis, ejusdemque odoris, inverfus., iadles. *CotyL* foliaceae, tenues, ellipticae. *Rad.* brevis, fupera.

«.) Capfula dehifcens. b.) Receptaculum lignorum. c.) Areolae quibus femina affiguntur. d. e. f.) Semina triplicis formae. g.) Albumen crenulatum. h.) Embryo folutus.

TRAPA. Conf. Vol. i. p. 127,

TAPA bicornis. Tab. 9f. fig. 4.

Siliqua ftiffa chinensis &c. BURM. *ic. Plum.* p. 56. t. 17. fig. infima.

Trajan nucibus bicornibus. LINN. *JyJI. veg.* 162.

E mufeio Storriano.



Nux coriaceo-lignosa, nigro-fusca, inferne pyramidata, rhombo-tetragona 5 inferne costis atque fulcis elevatis, mucosis, -ocellatis atque varie inter se confluentibus pulchre areolata; superne capitulo tetragono, ruditer striato atque rotundo foramine pertuso terminata; ad utrumque vero Jatus crassissimo corhu, horizontaliter patente atque modice recurvo armato, Locumamentum uilicium, nucis corpori, sua forma respondens. Nucleus defuit.

DXCIII CELASTRUS. LINN. *gen.* 270.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. fuperum. Stylus simplex: stigma trifido. Capula trilocularis. Semina arillo ^-^ -rato tecta.

CELASTRUS pyracanthus. Tab. 9f. fig. 4.

Lycium athiopicum, pyracantha folio. COMM- hort. nrqfi. r. p. 163. t* 84.

Alaternns fernpervirens africana^ foliis lucidis, Jpinosa. FhUK. pIgyt. 1.126. f. 2.3.

Celastrus fphuis ntidis, ramis teretibus s foliis acttis. LINN, fyft. veg. 237.

PER. CapulaTupera, obovata, apic^ acuminata, mquetra, trifulca, extus rufescenti ferruginea, intus pallide ftraminea, trilocularis, apice trifariam dehiscens, bad' Integra. Dissepimenta valvularum fulcis hiedis deprcJfis reipendentia.

REC. nullum; femina margini centrali dissepimentorum brevibus funiculis umbilicalibus affixn.

SEM. pauca, quatuor circiter intringulo bculamento, e quibus vix duo adoleCunt, ovata, versus umbilicum attenuata, fusca, arillata-

Arillns membrnaceus, mollis, coccineus, a parte umbilico opposita pervius: ore quadrifido inxquali.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. femini conforme, carnosum, album, Fragile.

EMB. longitudine fere albuminis, ladleu-s. *CotyL* cordato-ellipticac, foliaceae, obfoletissime in xmedio concavx. *Had.* brevis, teretiufcula, centripeta.

a.) Capul* integra & dehiscens. b.) Ejiis festio tninsverftlis. c.) Semen arillo vestitiim. fl.) *idem* denudatum. E.) Albumen transverse festum. F.) Ejusdem feOio longitudinalis cum Embryone.

CELASTRUS fcandens. *ibid.*

Evonymoides canadensis fcanJens, foliis ferratis. IsN. aSt* gJL-f7*& edit* gefiu.

P- 65s. t. 30.

Celastrus inertuis, caule volubili. LINtt. Jyjl. veg. 2\$7*

Capula



Capfula fphaerica (a), tri-1. quadrilocularis, totidemque valvis: valvif fbb) per maturitatem horizontaliter patentibtis, extus e viridi lutefcntibus, intus -unacum diflepimentis membrahaceis, albis. Arilli membranacei, molles, miniati. Semina (c. d.) ovata, utrinque attenuata, comprefiufcula, piano-con^exa (E.)₅ ferruginea. Albumen & Embryo (E. F.), ut in praecedenti.

Arilli in omnibus meis fpeciminibus vermibus adrofi erant, ut eorum aper- turam certo definire non aufim. Cetera genus totum expungendum & cum Evonymo fociandum videtur, quia nulla idotiea nota charadtenfifica ab hoc diifert, atque loculamencoruiii -aut valvularum numerus*,--- extra Carpologke ambitum, vix ullius motnenti lit.

DXCIV. TRICHILIA. LINN. *gen.* 528.

Calyx quiiquedentatus. Cor. peitapetala. Nedlar. cylindricnm tubulofum, ore Antheras decem gerens. Ovar. fuperum. Stylus brevis: IHgmate tridentato. Capfula trilocularis. Semina folitaria, pendula.

TRICHILIA hirta. Tab. 95*. fig. f.

Evonymis 'caudice non ramofo, folio alato, fritfifu rottmdo tripyreno. SLOAN, *hifl. jam. 2. p. 103. t. 210. f 2. j.*

Trichilia foliis pinnatis fubhifutis. LINN. *fyfi. veg. 3gg.*

Ex herbario Bankiano.

PER. Capfula fubglobofa, rotundato trigona, trilocularis, apice trifariam dehifcens, bafi integerrima, poft dehifcentiam horizontaliter patens.

• **REC.** nullirmi femina diirepimentoruni niargini centrali affixa & ex eo pendula.

SEM. folitaria, aut rariflime geminata, ovata, fuperne roftellata, fubbaccata, coccinea.

INT. fimplex, membranaceo carnofum, tenue, in roftrum molle produdum, coloratum, arctiiEme nucleum complectens, nequaquam arillatum.

ALB. nullum.

EMB. magnitudine feminis,- elliptico- globofus, inverfus, melinus. *Cotyl.* carnofe, craifac, dimidiato- ovatae. it^miilutilTima, pundticularis, fupera.

a. b.) Capfula integra & dehifcendo horizontaliter explanata. c.) Eadem transveifim ~~fe~~
d.) Semina fepamta. e.) Integiimentiiim ftminis carnofum refe&um & nucleus fuperne denuda-
tns. f.) Seminis fedlio tra'iisverfalis. g. h.) Embryo denudatus.

TRICHILIA trifolia. *ibid.*

Trichilia foliis ternatis. JACQ. *hijh amer.* 129. t. 82. LINN. *fyjl. veg.* 300.

Ex herbario Bankiano.

Capfula fphzmca (i.), pundlis pallidis fuper fundo fufco pi&a, trilocularis, trivalvis (k). Semina (I.) foJitaria, filiformi-caudata, hinc gibba, jude angulata, bafi areola fufca notata, fimplici cuticula molli, in naeis fpadi-gea, in probe maturis autem coccinea, teda, neutiquam baccata. Nucleus defuic.

DXCV. PEGANUM. LINN. *gen.* 601. Harmala.

To URN. *injl. t.* 133.

Calyx pentaphyUus, aut nullus. Cor. pentapetala. Stam. qwindecim. Ovar. Aiperum. Styl, fimplex, ftigmate triquetro. Capf. trilocidaris, crivalvis polyfperma.

PEGANUM Harmala. Tab. 9f. fig. 6+

Harmala. DOD. *pempt. J2i.* BLAKW. *Ixb. t.* 310.

Peganum foliis multifidis. LINN. *Jyji. veg.* 445.

PER. Capfula trigono glofofa, api©e leviter umbilicata, trifulca, trilocularis, trivalvis. Diil'epimenta medio valvularum adnata, fulcis externis depru/lis refpondentia.

R E C nullutn, praeter marginem diiTepimentorum centralem Hicraflatum, cui , femina in ficu horizontali affixa.

«

SEM: plurima, oblonga, fubulata J. angulaca, verfus umbilicum attenuata, fpadiceo - fufca, minutiifime (crobiculato reticulata.

INT. duplex: *exterius fubrpongiofum*, tenues *interim* membranaceum, fuperficie fua interna carnofum, album.

ALB. nulluoi, nifi carnofam integumentum interni lamiiWm velis.

EMB. m^gnitudine fere feminis, luteus. *CotyL* oblongae, carnofte, comprailac.

Rad. tereti-acuminata, longiufcula, centripcta.

a.) Capfula integra. b.) Eadem ditfc^a. «.) Valvula cum femimun infertione. (!. D.) Semina "feparata. E) Semen transverfc, & F.) IUem longitutlinsditer diffcftum, cum forma & fitu Embryonis.

DXCVI. C O D O N. LINN. *gen.* 1285-

Calyx decempartitus perfiftens. Cor. campanulata, limbo decempartito. Necft. iquannulæ decem conniventes, receptaculum tegentes. Stam. decem. Ovar. fuperum.



fuperiim. Styl, fimplex, compreitus, apice bifurcatus. Capfula bilocu-
Jaris. Seniina papillis mollibus echinata.

CODON aculeatum. Tab. 95, fig. 7.

Codon. LINN. *Jyji. veg.* 397.

Ex herbario Bankiano.

PER. Capfula calycis perfittentis laciniis linearibus, carinatis, aculeolatis con-
niventibus comprehenfa, ovato-acuminata, Itylo compreffo bifurcato ter-
niinata, & ex eo futura acuta utrinque infcripta, cetera glabra, bilocu-
laris, bivalvis. Difpimento valvis intrario, ad axem bifido & fpon-
giole incrailato.

REC. nullum, praeter difpimenti fubftantiam verfus axem infigniter incraila-
tam & quad rhombeo-quadrangulam.

SEM. numcrofa, parva, varie angulata, rutilo-fanguinea atque papillulis mol-
libus ejusdem coloris undique contacta.

INT. (implex carnofum, tenue, papilliferum, albumini arcle adnatum.

ALB. femini conForme, fabulofo-carnofum, durum, in medio glaucum, ver-
fus peripheriam colore fanguineo fuffulum.

EMB. longitudine fere albuminis, filiformis, incurvus, niveus. *Cotyl.* brevis
fimse. *Red.* fpongillma, centripeta.

1.) Capfula calyce tefto b.) Eadem denudata. c.) Ejusdem feftio transverfalis. d. D.) Semi-
bra Teparara. E.) Albumen longitudinaliter difte&um, cum fitu embryoniis. F.) Embryo fohtitiis
& infigniter m&ctus.

IXORA. Conf. Vol. 1. p. 177.

IXORA alba. Tab. 9, fig. 8*

Bemfchetti. RHEED. *mal 2. J>. 19. t. 14.*

Iasmintim indicum, folio lairi, inodorwn umbellatum. PLUK. *fhyt. t. 109. f. 2.*

Ixora foliis lanceolato ovatis, floribus fasciculatis LINN. *fyt. veg.^m igj_m*

Bacca didyma, transverfe latior quam crafla, calyce perfittente quadridentato
coronata (a.), carnofa, tenuis, bilocuiaris (b.), rubra. Receptaculum ex
difpimento oriundum (b.) pulposum, feminis cavitatem replens. Semina
folicaria (b. c. d.), hemifphxrico bullata (e), melina. Integumenta
implex, membranaceum, non arde adnatum. Albumen cafeofum, molle,
albicans, per aetatem jrancidurimum. Embryo dorfolis (f. G.), dimidio
albumine paulo longior. Cotyledones cordatae, transverfim latiores. Radi-
cula curvata, iiceps f, a latere compreifa, purpurafcens infera.

DXCVIL SWIETENIA. LIMN. *gem.* gr.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Nectar. cylindricum tubo Jofum; ore Antheras decem gerens. Ovarium superum quinque Joculari. Stylus simplex, stigma capitato piano. Capsula matura unilocularis quinquevalvis. Semina imbricata furfurata alata.

SWIETENIA Mahagone. Tab. 96.

Arbor foliis pinnatis nullo impari: nervo ad latera. CATESB. carol. 3. t. 8t, Swietenia. LINN. Syst. veg. 39§.*

A Phil. MILLERO chelleano.

PER. Capsula grandis, lignosa, ovata, firmiter angustata, unicolor & rufescenti fumosa, prope venam quinocularis, cetera vero ample unilocularis, quinquevalvis. Valvulae carinae, a basi dehiscentes, caducae, intus lamina coriacea, crassa, flexilis, ipsa magnitudine ex aequo velut scissura.

REC. centrale, liberum, lignosum, pentagonum, e basi angustiore furfurum valde ampliatum & incrassatum, ad apicem vero iterum attenuatum & in singulo pyramidis latere gemina minimarum cicatricularum serie notatum, quibus femina inferta sunt.

SEM. numerosa, in quinque fasciculos collecta, deorsum imbricata, compressa, e luteo rufescentia aut cinnamomea, inferne nucleo dotata, superne in albam longam membranam defluentia.

INT. duplex: exterius membranaceum, circa nuclei fedem spongiorum, intra duplicatam suam funiculum umbilicalem filiformem longissimum coadunans; interim membranaceum, tenue, ferrugineum, albumen vestiens.

ALB. subovatum, compressum, carnosum, tenue, fuscum, (an in recenti femine viride?) resinam L terebinthinam fortiter redolens.

EMB. albumine paulo minor, lutescens, erectus. Cotyled. ovata, foliacea, tenuissimae. Rad. brevis, infera, subadhaerens.

a.) Capsulae dehiscentiae incipiens. b.) Capsulae atque Receptaculi (y.) series transversalis^ ostendens valvularum crassitiam («), atque crassitiam coriaceam (0), internam earum superficiem obtegitem. (J) Capsula aperta. d.) Receptaculum cum suis cicatriculis (^) duplici serie positum. c. e. e.) Fasciculis feminum imbricatorum. f.) Semen separatum. g.) Albumen nudatum cum funiculo umbilicali intrinsecus. h.) Albumen transverse sectum. i.) Embryo separatus.

Capsulas magnitudinem capitis infantis quoadmodum a Tequi mihi ab AITONO adhaerens est.



DXCVIII. BADAMIA.

Flos Drupa exfucca, putamine uniloculari, molendinaceo f. alato-hexagono. Semen amygdaloideum inverfum, cotyledonibus liliaceis spirallyter convolutis.

BAD AMI A Commerfoni. Tab. 97. fig. 1.

Badamie de madagafcar. A ferent. Princ. CAROLINA March. Bad.

¹ Conf. *Sonnerat* voy. 2. p. frj.

PER. Drupa exfucca, elliptica cum brevi mucrone ad apicem, turgide lenticularis, glaberrima, pallide ipadicea. Cuticula tenuiffima, fed tenax, ut difficulter rumpatur. Caro fungofa, putamini ardlifTime adnata & quail mera ejus propago: intra eam fimiculi fex craffi, ex fibris lignofis compofiti & a bad drupae, ad ejus apicem, inter putnminis alas, decurrentes. Putamen offeum, craffum, extus fibrofum, cellulofumque, alis fex craffis longitudinalibus diftinclum; intus laevigacum uniloculare,

REC. nullumj femem fundo loculamenti late adnatum.

SEM. unicum, oblongum, amygdaloides, glabrum, e luteo rufefcens.

INT. fimplex, membranaceum.

ALB. nullum.

EMB. femini confortnis, inverfus, ladleus. *CotyL* foliaceae, craffiufculx, fecundum longicudinem feminis fpiraliter coirvolutac, & prope radicae ortum nervis elevutis elegancer reticulutx. *Plum*, nulla. *Rad.* longiufcula* iubanceps 1. cylindrico - comprella, obtufa, iupera. (f)

a.) Dni)a integra. b.) Putamen denuctatum. c.) Drupae feftio transversalis, fiifcucios fibrarum lignearum (ex) inira carnem difpofitos, atque putaminis alas oftendens. d.) Semen fia membrana veftitum. e.) Embryo demidatus integer, f.) Ejusdexn pars fuperior transverim fedia, cum fpiris cotyledonim. g.) Railicula denudata, cum principio cotyledonum.

Affinis eft *Catappae* & pro *Terminalix* quoque fpecie habetur ab *Anbletio* Vol. 2. *Append*, p. 140\$ fed fabrica fructus cum defcriptione *Rumphii* non "cjongruit.

DXCIX. MYROBALANUS. OFFIC.

Flos. . . . Drupa baccata, putamine rotunde angulato fulcato uniloculari. Semen amygdaloideum inverfum, cotyledonibus i'oliaceis fpiraliter convolutis.

MYROBALANUS bellirica. Tab. 97. fig. 2.

Tumi. RHEEU. *ntal.* 4. p. 23. / 10.

Jtjirobalanus Bellirica. BKEYN. *k.* 18. *t.* 4. BLAKW. *hob.* u 40x. / J, male.

PER.



PER. Drupa ovato globosa, obfoetiflime angulata, fumosa aut fusca. Caro crassa, in vetusto fructu dura, fusca, hinc hinc porosa. Putamen offeum, durissimum, crassum, ovatum, irregulariter pentagonum, evalve, uniloculare : loculamento rotundato - triangulo.

RE c. nullum, praeter substantiam fungosam in apice loculamenti, cui femina affixur.

SEM. unicum, triquetrum, supra acuminatum, infra obtusum latiflimumque chalaza nigro castanea notatum, cetera pallide flavescens.

INT. simplicissimum, ramifanaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. Memini conformis, inversus, lacteus. Cotyledones foliaceae, crassae, fecundum longitudinem feminis in spiram triangularem convolutae. Rad. brevis, reticulata acuminata, a cotyledonibus obtecta, fupera.

i.) **Drupa integra.** b.) Fictis atque putaminis sectio transversalis. c.) Semen separatum. d.) Cystileilonum convolutio triangularis. e.) Radicula a cotyledonibus **obvoluta.**

MYROBALANUS chebula. *ibid.*

Myrobalanus chebula. Blakw. t. 401. f. 2. mediocr.

Terminalia foliis ovatis nitidis, fetiolis supra biglandulosis, racemis simplicibus.

RETZ *fasc.* 5. p. 31.

Drupa (f.) praecedenti major, ovata, per actatem utrinque attenuata, nigro-fusca, decagona, angulis alternis majoribus. Caro duriflima, fragilis, confusca splendens inftar resinosa. Putamen (g.) offeum, pentagonum, angulis crassis rotundatis; cetera evalve, spuria tamen futura incriptum, & uniloculare, loculamento tereti. Semen (h. i.) ovato oblongum, supra acuminatum, infra lata chalaza atra (i.) notatum, & ex ea funiculo umbilicali filiformi instructum, tereti compressum, ferrugineum. Embryo (K. L. M.) femini conformis; Cotyledonibus (L.) spiraliter convolutis Radicula (M.) teretifcula, fupera.

MYROBALANUS citrina. *ibid.*

* Drupa ovato - oblonga (n.) deorsum valde attenuata, e pediceo lutescens, varie angulata & inter angulos femina per rugosa. Caro & Putamen (o) ut in proxime praecedenti > sed putaminis anguli in dorso carinati, & futura spuria paulo magis conspicua. Semen (p. q.) ut in praecedenti, chalaza etiam & funiculo umbilicali (q) instructum, sed gracilius & quasi ex tereti anceps. Embryo (r. S.) carnosus foliaceus, spiraliter convolutus.

Myrobalanum *belliricum* a reliquis distindam esse speciem, ex ejus fructu fati liquet, sed *chebula* atque *citrina* sunt fortiter merx varietates unius stirpis, atque *indica*, quae Officinis dicitur, nihil aliud esse videtur, quam *M. citrina*



midlus immaturus, nam proxime ad hanc, forma sua accedit, sed constanter femine orba est.

Si Terminaliac characterem essentialem, in spirali cotyledonum convolutione, cum b. KOENIGIO profueris: utique Badamia & omnes Myrobalani species ad genus istud migrare debebunt.

DC. GYROCARPUS. JACQ.

Flos Nux coriacea unilocularis alis duabus maximis pedicellatis contiguous stipitata. Seminis embryo spirally convolutus.

GYROCARPUS Jacquini. Tab. 97. fig. j .

Gyrocarpus americanus. JACQ. *hist. amer.* 281* t. 1*78. f. 80.

E collectione fern. Bankiana.

PER. NUX ovata, sursum angustata, obsolete oblonga, rugosa, corticata, terminata alis duabus maximis, femiovatis, coriaceis, contiguous, petiolatis, ima basi inter se connatis. Cortex tenuis membranaceus, intus cellulofus, putamini adnatus. Putamen coriaceum, tenuissimum, glabrum, e castaneo nigricans, uniloculare, evalve, apice foveola parva notatum.

R&c. nullum.

SEM. unicum, figura & magnitudine cavitati putaminis respondens, albicans, circa basin sursum.

INT. (implex, membranaceum, craffiliculum.

ALB. nullum.

EMB. ovato - globosus, erectus, ladleus. *Cotyl.* foliaceae, lobatae, petiolatae! spirally circa pluinulam in globum convolutae & subcontortuplicatae. *Plum.* grandifolia, ovato oblonga, diphylla, contortuplicata. *Rad.* parva, papillaris, infera.

a.) Nux integra. b.) Ejus cortex apertus & Putamen (Tenminatnu C.) Nucis sursum Seminis fissio transversalis, cum gyris cotyledonum. d.) Semen separatum. c.) Embryo deimatus. F.) Cotyledones petiolatae («.«..) refoetae, cum Plumula central!, atque Radicula (!?) infera.

De Aceris familia, etiam propter cotyledonum convolutiones, esse videntur, sed ab omnibus cognitis plantis, cotyledonibus intra femem petiolatis differunt, quippe quod haec genus absque exemplo est.



CENTURIA SEPTIMA.

DCI. RHIZOBOLUS.

C²afe femiquinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. numerdfā. Ovar. quadri-lobum fuperum. *Styl* quatuor. Nuces quatuor uniloculares evalves nucifolpermac.

RHIZOBOLUS Pekea, Tab. 98. fig. 1.

Amygdala guianenfts. BA[^]H. *hiji.* I. I. 3. p. 32\$. PLUK, *phyt.* t. 323. f. 4*

Amygdahts granatenfis. JoNST. *dendr.* t. 42.

Pekea tuberculofa foliis-digitatis, fubttis tomentofis. AUBL. *guim,* \$97[^] t. 3jp.

Oronocco-noeten. Belg. curaffliv.

PER. Nuces quatuor, aut pauciores, grandiuftoc, tuberculatx, fubfcmilu»»-natx, hinc infigniter gibbae & glofofe turgidse, inde comprehiufcuIx & in marginem rectilineum, rimaque incifum conniventes. Putamen craffilimum, ex duplici fubftantia conflataim: *altera* ligneo corticofa, fiifcoochracea, fragili, *exteriore** *altera* interiore, cartilagineo membranacea, tenaciflima, rufefcente, extus numerofiifimis proceffibus clavatis, tuberculatis, llibulatis, aut aliis, intra corcicalem fubitantiam alte demeifis atque ruffo ferrugineis muricatai intus auteni glaberrima atque ipfum nucis locuJamentum formante.

REC. *commune*, columna centralis quadrialata, alis fuberofis, rimam nucum intransibus atque ckca feminis latus internum ampliato & fpongiofo fine fe diffudentibus: *propriitm*, funiculus umbilicalis fetaceus, breviflimus, ex modo dicSis alis onundus, atque feminis integurnento intrprno inJertus.

SEM. unicum, grande, fubreniforme, fuperne compreflb-mucronatum, ferrugineum.

INT. duplex: ratowjfungofum, tenue, rafile; *interim* membranaceum, rufefcens.

ALB. nullum.

EM. femini conformis, ladleo albus *Cotyl.* parvulae, ovato-lanceolatx, foliaceaE, nervo longitudinali extus notatae. *Plum*, nulla. *Scapus* inter cotyledones atque radiculam medius, longiuftulus, fubulatus, anceps. *Rad.* omnium maxima, totam nuclei fubftantiam amygdaloideam efficiens, furfum adfcendens & ad apicem feminis brevi mucrone terminau.

•.) Nu*



a.) Nux Integra, b.) Eadem verticaliter secta. «. «*) Substantia nucis fibrosa cortical!*^
 0. &.) Eiusdem membrana cartilaginea cum processibus suis multiformibus offcis. c.) Fragmentam receptaculi communis in rima nucis haerens. d.) Eiusdem expansio fungosa cum funiculo umbilicali. e.) Semen in situ naturali. f.) Embryo denudatus, cum Radicula y.), Scapo &) & cotyledonibus i.) in situ & magnitudine naturali. g.) Basis radicum referenda, infertionei scapi often dens.

In Rhizobolo *butyraceo*^ cortex nucis mollis & fere butyraceus est.

Perfide folium esse nucleum f. radiculam illam proitus fungularem, nec bipartibilem aut ulla rima incisum, uti ex Chifio, Bauhinus 1.^ refert, iteratis experimentis abunde confirmatum habeo. Cetera, Nuceiagnitudine & tuberculis plurimum variant. Habeo nonnullas pugnum fere aequantes, habeo & alias dimidio minores utrasque autem vel tuberculatas vel absque tuberculis, praefertim e minoribus, quae sepius totae glabrae & argutius femilunatae sunt.

DCII. BALANOPTERIS.

Flos___Nuces una plures lignosae evalves, carina dorfi in criftam rigidam ampliata.

BALANOPTERIS Tothila. Tab. 99.

Totkya & Tothila. HERM. *mnf.* 48. BURM. *Zeyi asff.* LINN. *Zeyl.* p. 237. E colledl. hort. lugdb. & Bankiana.

PER. Nuces geminae, aut plures? grandes, ovatae, inferne transversim ventricofae, superne acuminato. recurvae, hinc futura longitudinali inferiptae» inde carina in criftam rigidam ampliata notatae, uniloculares, evalves. Putamen nudum, fibroso - lignosum, ad futuram ventralem cultro fissile, ad carinam vero dorsalem inregerrimum, glabrum, subplendens, gilvum 1. coloris nuclearum Staplylodendri. Loculamentum depressum, feu, in situ nucis horizontali, transversim latius quam altum.

REC. nullum; femine future ventrali adnatum.

SEM. unicum, grande, ovato - globosum, tuberculis & rugis irregularibus, ficuti Castaneae femine, inferiptum, cetera glabrum, rufescens.

INT. simplicifolium, papyraceum, facile a nucleo secedens, nec intra ejus rimas demissum.

ALB. nullum.

EMB. femine conformis, lutescens, hinc valde gibbus atque cruciatus in-
 scriptus, inde depressiusculus, simplicique rima transversali incisus. *Cotyl.*
 carnosae, crassifoliae, irregulares, inaequales: inferiore paulo majore. *Plum.*
 diphylla, compressa, foliis acuminatis, hirsutis.. *Rad.* ovato-acuminata,
 compressa, in propria cotyledonum rima haerens, futurae nucis obversa.

a. b.) Nux



a. b.) Nux integra, a parte deifali atque ventrali Tpedata. c> Ejus feftio longitiufinalis, cum fitu & figura feminis. d.) Eadem transverfe fefta. c.) Embryonis pars vuntralis. f.) Ejusdem latus dorfo obverfum. g.) Cotyledon fuperior minor, h.) Cotyli altera inferior, i. I.) Radicula & plumula feparata.

BALANOPTERIS minor. Tab. 98. fig. i.

frtiBus InfuU Mauritiu A Cl. HERMANNO Prof. Argentor.

^Jux (a) pnccedenti firnillima, fed dimidio fere minor, fecundum futurani ventralem depreifo fulco exarata, & verfus utrumque. latus (b) admodum pulv#iata f. transverfim infigniter lata, cetera autem ficuti prsecedens formata atque colorata, minus tamen vivide lutea, minusque fplendens. Semen (c) magnitudine loculamenti, lenticulari compreffum, in medio cicatrice umbilicali longitudinali notatum, ad latera fulcatum, glabrum, rufefcenti ferrugineum. Embryo a parte ventrali (d.) reticulato rugofus, a doiTali autem (e.) leviter convexus, glabriufculus. Cotyledones (f.) carnofje, craflk, iuicquales. Radicula (g. G.) fubimmerfa, breviilima. PJum. tetra* phylla, foliolis oppofitis, acuminatis, carinatis, glabris.

DCIII. MANGIFERA, LINN. *gen.* 278.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. quinque, aut decem. Ovar. fuperum. Scyl. fimplex. Drupa baccata monofperma, putamine fibris Jignoiis crinito.

MANGIFERA domeftica. Tab. 100.

Man. RHF.ED. *mai* 4. p. 1. t. 1, 2.

Man^a domejlica. RUMPH. *amb.* 1. p. §3. t. 2§.

Mangifera foliis firnplkibus, foribiis pentandris. LINN. *fijt. veg.* 242.

E colJedl. fern. hort. lugdb.

PER. Drupa baccata, lenticulari- compreffa, reniformis, glabra, lutea. Caro mollis, pulpoli inftar Pruni damasceni. Putamen ovato-oblongum, fubreniforme, coriaceo- cruftateum, durum, uniloculare, evalve; extus fulcato rugofum atque₄ fibris capillaribus lignofis undique contedlumj intus vero glabrum atque membrana propria, chartacea, tenaciiiima, glaberima, aibicame, & per maturitacem fponde a putamine fecedente, vcftitum.

REC. funiculus unibilicalis breviufculus, e fundo putaminis oriundus, feminisque parti inferiori marginali infertus.

SEM. unicum, grande, oyato-oblongum, plus minus lenticulari compreffum, amygdaloideum, glabrum, rufefcens.

INT. ilmplex, chartaceum, tenue.



ALB. nullum.

EMB. femini conformis, eredlus, albus. *Cotyl. carnofoc, piano - convexxl*
Rad. brevis, furfum incur vata, infera.

t.) Drupa integra. b.) Putamen deniulatum, integmm. c') Idem transverse feftum. d.) Semci> feparatnm, cum fuo Fimiciilo umbilicalL e.) Embryo denudatus.

Plures hujus Mangac domefticx f. cultac dancur varietates, e quibus fequentes potiffimum annocari merentur:

Manga cornprejfa. Putamen grande, fpithamam circiter longum, fuperne quad foliaceo - compreſtum, inferne autem parvo loculamento leiiticulari dotatum, cetera vero fulcatuin atque crinitum uti prxcedens.

Manga dodoel. javan. Putamen valde turgidum, de reliquo autem primat ſpeciei fimillimum, nifi quod tertia parte brevius fit.

Manga Kayjer. javan. Putamen proxime precedent! fimillimum, fed vix fulcatum, & obiter tantum ftriatum.

Manga teloor. javan. Putamen dimidio minus quam praecedentium, turgidulum tamen & profunde fulcatum. Vocatur quoque *Manga-hatty. javan.*

Manga Bierie - gandaria. jav. Putamen magnitudine & forma putaminis Amygdali, coriaceum, tenue, fragile, album, neque fulcatum neque ftriatum, fed fibris groſſioribus hirtum.

In omnibus hiſce varietatibus embryo in duas cotyledones regulariter feclus deprehenditur, prſeterquam in prima f. domefticas in qua fcil. ſepiflime lobi cotyledonei inter fe conferruminati & in varios partiales lobulos irregulares divill font* ficuti figure ſub *lift. x. & y. olteudunu*

DCIV# BARINGTONIA- LINN. *gen.* 1413.

Calyx monophyllus, ventricofus, dehtfcens in foliola duo, ovalia, concava, patentia, perfiftentia. Cor. tetrapetala. Stam. numeroſa, baſi connata in cylindrum brevem* Ovarium inferum, quadriloculare, ovulis in ſingulo loculo geminis. Stylus fimplex, filiformis, longitudine ftaminum. (Ex ſchedis SOLANDRI) Bacca tetragona, uuilocularis, monopernijt, embryo pſeudo • monocotyledoneo,

BARINGTONIA ſpecioſa. Tab. 101.

Fru&us frregrinus tetragonus. BAUH. *hiſt. t. /. J. p. 3\$7**

Santjtravadi, RHEED. *mal. 4. p. xi, t. 6.*

Butonica fylveſtris alba. RUMPH. *amb. 3. p. 18£. t. US.*

Commerſona. f. Bonnet quarrc. JSSONNERAT. *iU guin. jp- X4. t. 8. p.*

Eugenia



Eugenia racemosa. LINN. *fp. pi.* 673. *fyji. veg.* XIV. p. 461. *Manimea afmticn.* LINN. *fp. pi.* 731. *fyft. veg.* XIII. p. 409. *Bottringtonia Jpeciofa*. LINN. *fyll. veg.* XIV. p. 620.

E collect, fern. hort. lugdb.

PER. Bacca infera, grandis, tetragona, e ventricosa & umbilicata basi furfun pyramidata, atque calyce persistente, di-1. triphylo coronata, per maturitatem coustanter unilocularis. Cuticula tenuissima, glaberrima, fplen, dens, gilva auc e luteo rufescens. Caro crassa, firma, prope peripheriara fungosa, prope loculamentum autem fibrosa : fibris odo aut decem crac fioribu^ lignosis, reliquis vero capillaribus. Loculamenti membrana propria coriacea aut characea, tenuis, inverte pyrifbrmis & fibrarum. ope a carne difcreta, ut pro putamiue haberi *possit*.

REG. nullum.

SEM. unicum, grande, ovato - globosum, furfum attenuatum, per xtate^ii longitudinaliter fukatum, rufescens.

INT. (Implex, crustaceum aut coriaceum, arde nucleo adnatum.

ALB. femini conforme, subfarinosum, firmum, album, cum embryone ardit fime conferruminatum.

EMB. elliptico . globosus, fuperne attenuatus, carnosus, albus, pseudo - monocotyledoneus. *CotyL* inter se coalitx, ut ne rima quidem aut ftria ab invicern difcret^e fint, *Rad.* cum cotyledonibus confusa, attenuata, fupera.

a.) Bacca integra. b.) EaiTem verticaliter diftedla, rcliclo putamine, f# loculamenti membrana propria, integro. c.) Semen, intra loculamenti fni membranam diffe&am, integmm. d.) Eiusdem fedtio transversalis. e.) Idem verticaliter difcifsum, cum Embryone (£) ab uno latere demulato, ab altcro autem cum albumine (g») connexo.

JBARINGTONIA acutaneula. *ibid.*

Tsjeria - famstravadi. RHEED. *mal* 4. p. *ig. t.* 7.

Butonica terrejlris rubra. RUMPH. *amb.* 3. p. 181. *t.* 11\$.

Eugenia foliis crenatis, pedunculis terminalibus, points oblongis acutangulis. LINN. *fyft. veg.* 461.

Medella. Zeylon. E collect, fern. hort. lugdb.

Bacca (a.) calyce tetraphyllo coronata, oblonga, utrinque attenuata, tetragona: angulis' incrastatis, prominentibus. Caro tenuis, per aetatem coriaceofungosa, loculamento oblongo, nulla conspicua membrana propria vestito, exculpta (b.). Semen (c.) oblongum, rotundato tetragonum, fuperne mucronatum, in lateribus ftria longitudinali notatum, caetera fubrugosum, fufcum. Albumen (d. e.) femini conforme, granulose - carnosum, durum, albidum, quadripartitum! Embryo (f. e.) oblongus, furfum attenuatus, ar-

Tom. II. N ofus,



nofus, pfeudo «• monocotyledoneus. Cotyledones conferruminatx, ftria tamen transversali obfoletiifima abiiivicem diftinda:. Radicula non difcreta, lupera.

Calyce tetraphyllo, defedu putaminis, & prefertim albumine quadripartite), abunde a priori differt, ut proprium ex hac fpecie* confici poffet genus. Satius tamen videtur, in unum jungere utrafque, quum reliqua floris & fructus Jabrica inter fe confpirent.

DCV. CANARIUM. LINN. gen. 1281-

Flores fexu diftindi in feparatis ftirpibus. MAS. Cal. diphyllus. Cor. tripetala. Stam. quinque. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. fuperum. Styl. nullus. Stigma fertile, Drupa baccata, putamihe triloculari.

CANARIUM Mehenbethene. Tab. 102.

Avellana mehembethene Cortufi. BAUH. *hifl.* 1. I. 3. p. 308.

Mehembethene capllata & fine capillis. BESL. *ntuf.* p. 44. t. \$•

Canarium vulgare. RUMPH. *amb.* 2. p. *45* *• 47*

Canarium commune. LINN. *fyft. veg.* 88\$.

PER. Drupa fupera, baccata, ovato - acuminata. Cuticula tenuis, olivacea. Caro pauca, fibris capillaribus pertexta. Putamen offeum, ovatum, obfoletifime icrobiculatum aut glabrum, trigonum, triloculare, tribus ad apicem dentibus obtufis incifum, tribusque lineis elevatis obfoletis in lateribus notatum, & fecundum totam axis longitudinem canali filiformi perterebratum.

REC. filifforme, lignofum, in axis canali pofitum, fuperne in funiculos umbilicales bievilimos divifum, e quibus femina pendent.

SEM. in fingulo loculo gemina, e quibus unicum tantummodo adolefcit, ovato - oblongum, hinc planiusculum cum gibbere transversali paulo fupra bafin, hinc modice convexum, cum rudimento ovuli caffi infra apicem.

INT. fimplex, membranaceum, tenue, rubro ferrugineum.

ALB. nullum.

EME. magnitudine femini's, inverfus, ladeus. *CotyU* fex, aut duae profundissime trifid^e, lobulis oblongis, fwbfoliaceis, varie contorti^e. *Rod.* compr'eifiufcula, longa, fupera.

a.) Drupa integra. b.) Putamen denudatum. c.) Putaminis & corticis fibroso carnofi feftio transversalis. f.) Seminis latus dorfal. d. g.) Ejusdem latus ventrale, cum annexo ovuli abortivi (e. e.) rudimento. h.) Embryonis latus dorfale. i.) Ejusdem pars ventralis. k. l.) Cotyledones explicate & diftinctae.



EiviB. periphericus, annularis, ladleus. *Cotyl.* lineares, planiufculx, incumbentes. *Rad.* filiformis, infera & finiul centripeta.

a.[^]j Calyx maturus capfulam obtgens. b. C.) Stamina in cupiilam bafin capfulx cingentem connata. d.) Capfula dcnudata integra. E.) Eadem dehifcens. F.) Receptac. in fundo capfulx. g. G.) Seniina feparata. H.) S<men diffcdum cum fitu & figura albuminis ac embryonis. I.) Embryo folutiis.

Ssepe in capfulis maturis inter remina perFe&a & rite formata, alia reperiuntur monftrofa aut per prxcocem vegeccacionem deformata, naturalibus majora, viridula, vacua, crippo rubroque filo terminata.

DCCXXXVIII. G O M P H R E N A , LINN. *gen.* 314#

Calyx pentaphyllus albo tomentofus, involucratu fquamis tribus, quarum duae maximx, naviculares, compreifo carinatae, coloratae, conniventes. Cor. nulla, nihi itaminum tubum velis. Stam. quinqtie, filamentis in tubum conicum, apice quinquedentatum, incegerrimum connatis. Ovar. fuperum. Scyl. unicus bifidus, Capfula membranacea circumfcilla. Sem. unicum inverfum.

GOMPHRENA globofa. Tab. 128- fig- 9-

"*Flos globofits.* RUM PH. *amb.* 5. p. 25 p. t. too. f. z.

Amarantho affinis indU orientalise fioribus conglomerate, ocymajlri folio. BREYN. *cent. top. t.* 51. COMM. *hort. j. p.* [^]5. t. 45.

Gomphrena caule ere&o, foliis ovato - lanceolatis, capitulis folitariis, pedunzidis diphyllh. LINN. *fijt. veg.* 264.

PER. Capfula fubrotunda, comprefliufcula, membranacea, femipellucida, unilocularis, fupra medium circumfcilla: valvula fuperiore brevior.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, e fundo capfube ad feminis verticem procedens.

*SEM.



SEM. unicum, fubrotundum, roftellatum, turgide lenticiriare aut fub«lobo-
fum, glabrum, fulvum.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum, utrumque tenue.

ALB. farinofum, candidum, centrale.

EMB. periphericus, aimularis, lutefcens. *Cotyl.* femiteretes, incumbentes,
Rad. teretiufcula., adfcendens, fupera.

a.) Capitulum flonm. b.) Tnvolucri calycini fquamae. c. D.) Caly* verus. e. E.) Tuhus fta-
Hiinum integer. F.) Idem apertus cum fitu capfulae. G.) Capfula dehifcens. H.) Eadem longi-
tudfnaliter aperta, cum femine e funiculo umbilicali pendente. I.) Semen integrum, K.) Idem
diffleftum cum figura & fitu albuminis atque embryonis.

DCCXXXIX. CLU E R I A. LINN. *gen. iog.*

Calyx pentaphyllus, foliolis oblongis, margine membranaceis, apice intuc
fornicatis, extus mucronatis. Cor. nulla. Stam. tria. Ovar. fuperum.
StyJ. unicus trifidus. Capfula utricularis evalvis. Sem. unicum eredum.

QUERIA canadensis. Tab. 128* fig- i°*

Molltro foliis oppofitis, fupulis quatuorfnis, cauk dichotomo. GRON. *virg. 14.*
Queria floribus Jolitariis, canle dichotomo. LINN. *Jyji. veg. 130.*

Ex herbario Bankfiano.

PER. Capfula parva, globofa, apice mucronata, membranacea, tenuiffima,
uniocularis, non dehifcens.

REC. nullum, prseter nervum elevatum in latere interno capfulae, cui umbi-
licus refpondet.

SEM. unicum, reniformi - globofum, glaberrimum, lucidum, atrum.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum.

Ai-B. farinofum, candidum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, ladleus. *Cotyl.* femiteretes, incumbentes. *Rad.*
filiformis, infera, fubadfcendens.

a. A.) Plants fru&iferae ramulus. b. B.) Calyx capfulam obtens. C.) Capfula denudata.
D.) Eadem transverfim fefta. e. E.) Semen integrum. F.) Idem diffleftum, cum fitu & figura
albuminis atque embryonis. G.) Embryo folutus.

Hacc, a Q[^] *hifpanca** non tantum habitu fuo externo fed & calycis atque
capfulae fabrica multum recedit, atque plurimum affinitatis cum Arenaria
& fequenti Paronychia habet, uc ab his nonnifi itamiiium numero diiferre
videatur.



DCCXL. PARONYCHIA. TOURN. t. 288- Juss. f. 89*
^v **Ulecebrum. LINN. gen. 290.**

Calyx pentaphyllus, foliolis oblongis, margine membranaceis, iapice intus fubfornicatis, extus mucronatis. Cor. nulla. Stam. quinque, cum totidem fquamulis linearibus alternantia. Ovar. fuperum. Styl. unicus bifidus. Capf. utricularis. Sem. unicum > iiiverfum.

PARONYCHIA nitida. Tab. 128- fig- 11.

Paronychia hispanica. CLUS. *hiji. 2. p. 1§2.*

Ulecebrum foribm bra&eis nitidh obvaUatis y cattlibus procumbentibus, foliis Uvihis.
 LiNN. *Jyji. veg. 24g.*

PER. Capfula fubrotunda, bafi anguftior, apice ftylo bifurco terminata, membranacea, tenuiffima, unilocularis, non dehifcens.

REC. funiculus umbilicalis filiformis e fundo capful^ ad feminis verticem per- tingens.

SEM. unicum, fubturbinatum^ aut ex anguftiori bafi furfum globofe latefcens, ab altero latere rottello nigricante infignitum, cetera glaberrimum, lucidum, ruffo - ferrugineum/

INT* duplex: cruftaceum atque membri^naceum*

ALB. farinofum, candidum, centrale^

EMB. periphericus, annularis, albus* *Cotyl.* lineares, planiufculse, incumbentes* *Rad** filiformis > adfcendens ufque ad verticem, fupera.

a. A.) Capfula calyce cinfra. b. B.) Eactem cfeniicfata. C.) Ejus fedtfa transversalif. d. D.) Se-
 men integrum. E.) Idem diffedlum cum albuminis & embryonis fitiu

Inter omnes Ulecebrf fpecies, quas videre mihi hadenus contigit, folum *vertkiUatum*, Linnaeano charaderi refpondet > reliquae, ad alia genera, ut *Paronychiam**, *Achyranthem* & *Celofiam*, turn propter ftamina bafi con- Jiata, turn propter capfulas evalves aut circumfcifras debent referri.

DCCXLL D R Y P I S, LINN. gen. 381.

Calyx monophyllus, ovatus, multiftriatus, femiquinefidus, perfiftensr. Cor. pentapetala: petalis bifidis, unguiculatis, ad faucem gemino denticulo barbatis. Stam. quinque. Ovar. fuperum. Styl. unicus, breviiH- mus, trifidus. Capf. unilocularis, circumfciflli, monofperma. Embr. fpiralis.

DRYPIS fpinofa. Tab. 128. fig. 12.

Dryfis theophrasli & anguillart. DALECH. *hifl. J4go.* BAUH. *hifl. 3- p- 38R**
Drypis



Drypis italica aculeata, floribus albis umbellatis compaEtis. MICH, *gen* t. 23.*
Drypis spinosa. JACQ, *hort. t. 49.* LINN. *fyjl. veg. 298.*

A CI. SCHREBERO.

PER. Capfula a calyce te&a, ovata, fuperne mucronata, inferne leviter angu-
ftata, membranacea, tenuiffima, diaphana, uniJocularis, fupra mediũm
circumfciflã.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, e fundo capfulx, ad feminis latus emar-
ginatum adfcendens.

SEM. unicum, magnitudine capfulae, reniformi - roftellatum, in dorfo linea
prominula carinatum, cetera lenticulari compreffum, glabrum, fublucidi-
um, fulvum aut e ipadiceo - luteum.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum.

ALB. farinofum, candidiffimum, folis integumenti intei'ni lateribus adnatum,
in ejus autem peripheria deficiens.

EMB. fpiralis, filiformis, longiffimus, lutefcens. *Cotyl.* lineares, in fpiram
trium gyrorum convolute. *Rad.* peripherica, curvata, inferal

a. a.) Surculus cum calycibu^ maturis. b.) Calyx feparatus, integer, c.) Idem difffectus.
C. D.) Capfula integra & dehifcens. E.) Eadem apcrta cum fitu feminis. f.) Semen a dorfo
fpedlatum. G.) Idem diflettum, cum figura & fitu embryonis.

DCCXLII T A L I N U M. ADANS. p. 345. Juss. f. 312.

Calyx diphyllus, inferus. Cor. pentapetala, caduca. Stam. plura, ad
quadraginta. Ovar. fuperum. Styl. unicus trifidus. Capf. unilocularis,
trivalvis. Recept. unicum, fubglobofum. Sem. plura.

TALINUM paniculatum. Tab. 128. fig. IJ.

Portulaca americana latifolia erefila, fioribus albis. CoiKM. *hort. x p. 7. l. 4.*

Portnlaca paniculatn. JACQ, *hort. t. 151.*

Portulaca foliis lanceolato- ovatis plantis, panicula ramofa, calycibus diphyllis.
LINN. *fyjl. veg. 446.*

PER. Capfula fupera, fphserica, parva, uniJocularis, trivalvis. Valvulae a bad
dehifcentes, e fiJo futuris interjeddo pendulsc.

REC. fubglobofum, liberum fcrobiculatum, fungofum, fundo capfulx affixum.

SEM. plura, rotundata, roftellata, lenticularia, glaberrima, lucida, atra.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum.

ALB. farinofum, niveum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, ladeus. *Cotyl.* femiteretes. *Rad.* centripeta.



a.) Ramnhis panicilla: Frugiferx. A. B.) Capfula Íntegra & difflbla. C.) Earfem dehifcenj. D.) Receptac. femimim- & fila futuris interjefta feorfim fpe&ata. e. E.) Semina feparata. F» G.) Semen diffe&um cum figura & fuu albuminis atque'embryonis.

DCCXLIII B U F F O N I A . LINN, *gen. i6g.*

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. duo aut quatuor. Ovar. fuperum. Styl. duo. Capf unilocularis, bivalvis, difperma.

BUFFONIA tenuifolia. Tab. v. fig. I,

Polygonum angnJUJJimo gramineo folio ere&tim. MAGN. hort. monfp. yj. ic. yj. *Alfine folygonoides tenuifolia, ftofcnlis ad longitudinem caulis vdut in Jpicam difpofitis.* PfcUK. fhyt. t. 75. f. 3.

Bufonia. LINN. fyft. veg. i6j.

PER. Capfula parva, ovata, compreffiufula, unilocularis, bivalvis.

REC. nullums femeu fingulum ope ftxniculi capillaris breviffimi fundo capfulae affixunv.

SEM. duo, ovata, piano-convexa, ad bafin emarginato-roftellata, pundis elevatis, contiguis fcabrata, fufca.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. carnofum^ aqueo-pallidum, centrale.

EMB: periphericus, annularis % albus^ *CotyL* lineares, incumbentes. *Rad.* filiformis infera*

a. A.) Frud'us matiirus ciim caTyce. b. C.) Capfula claufa & dehifcenff. D.) Infertfo femfmmi hi bafin capfulae. e. E. F.) Semina ab utro^ne latere fpedatou G. H.) Semen diffeftum enm ftu & figura aiburainis at^ue embryoniSr

DCCXLIV. M O N T I A . LINN. &n. ior.

Calyx diphyllus* Cor. monopetala, trifida, irregularis. Stam. tria. Ovar., fuperum. Styl. tres. Capf. unilocularis, trivalvis, trifperma.

MOKTIA fontana. Tabr ny. fig. 2.

Alfmoides annua verna. VAJL. *parfs, t. 3. f. 4**

Montia aquatica Minor. MICH. *gen. t. 13. f. z<*

MOHTia. #O&D. *for. dan. i. Xju HALL- hift* it. 30X.* LINN. *fyft. veg. Ug,*

PER. Capfula calyce perfiftente obvoluta, fubgloboCi, unilocularis, trivalvis.

REC- nullum s femina ope funiculi umbilicalis breviffimi fundo capfulae

• a. k&.

SEM.



SEM. tria, turgide lenticularia aut fubglobofa, roftellata, deniffime tuberculato - fcabrata, atra.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum.

ALB. carnofum, aqueo - pallidum , centrale.

EMB. periphericus, annularis, lutefcens. *CotyL* femitereies, incumbentes: *Rad.* infera.

a. A.) Capfula calyce te&a. B.) Eadem denudata ac dehifcens. C.) Ejusdem fe&io transversalis, cum fiiniculis umbilicalibus. d. D.) Semina feparata. E.) Semen diff'e&um cum figura & frtu 'albiijjiniis atque embryonis.

DCCXLV. CLAYTONIA . LINN. *gen.* 287.

Calyx diphyllus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. fuperum. *Styl.* unicus, apice trifidus. Capf. unilocularis, trivalvis, trifperma.

CLAYTONIA fibirica. Tab. 129. fig. j.

Limnia. LINN. *a&. upf.* 1746. p. 130. t. 5. *a&F. holm.* 1746. p. 137. t. 5.

Claytonia foliis ovatis. LINN. *Jyft. veg.* 245.

PER. Capfula amplis calycis perfiftentis valvis obtedla, ovata, apice in mucro* nem produda, chartaceo - elaftica, tenuis, unilocularis , tri valvis.

RE c. nullum; femina ope funiculi umbilicalis breviffimi fundo capfulae affixa^

SEM. tria, fubrotunda, roftellata, lenticularia, minutillime pundiculata, glabra tamen, lucida, anthracina.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum-

ALB. farinofum , niveum , centrale.

EiVIB. periphericus, annularis, lutefcens. *CotyL* femiteretes> incumbente?.' *Rad.* filiformis, infera.

a.) Capfula claufa cum calyce. b.) Eadem dehifcens. C.) Valvuls reclinatse cum infertione feminum. d. D.) Semina feparata. E.) Semen diffedhim cnm figura & fitu albumfnis atque embryonis.

DCCXLVI. TELEPHIUM. TOURN. U IS8- LINN. *gen.* 377.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. fuperunu *Styl.* tres. Capf. triquetra, unilocularis, trivalvis, polyfperma.

TELEPHIUM Imperati. Tab. 129. fig. 4.

Telephium legitimnm. CLUS. *biji.* -2. p. 67.

Tckfhiwn foliis alternis, Litffl. *fjyl. veg.* 297.



PER. Capfula ovata, fuperne in mucronem contrada, triquetra, in mediis lateribus ftria deprefla longitudinali notata, unilocularis, trivalvis.

REC. breve, columnare, liberum, inferne frobiculatum, fuperne funiculis umbilicalibus brevibus penicillatum.

SEM. plura, circiter duodecim, grandiufula, ovato-globofa, fubreniformia, vix aut leviflime comprefla, minutiflime elevato-pun&iculata, glabra tamen & fine fplendore aterrima.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. fubfarinofum, aqueo-glaucum aut album, centrale.

EMB. periphericus, femicircularis, albus. *Cotyl.* femiteretes. *Rad.* infera & fimul centripeta.

a.) Frudhis in racemnis terminalibus. b.) Capfula dehifcens. c.) Ejns, feftlo transversalis. d.) Receptac. denudatum. e. f.) Semina feparata. F. G.) Semen diffe&um, cum fitu. albuminis & embryonis.

DCCXLVIL LOEFLINGIA. LINN. *gen.* 52.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, minima. Stam. tria. Ovar. fuperum, Styl. unicus, fimplex. Capf. unilocularis, trivalvis, polyfperma.

LOEFLINGIA hispanica. Tab. 129. fig. 5*.

Loeflbgieta. LINN. *a&. violm. 175g. t. I. / . I. Jyjl. veg. gj.*

PER. Capfula parva, ovata, fuperne anguftior, unilocularis, trivalvis.

REC. columnare, liberum, fuperne penicilliformi-ramofum, longitudine fere capfulae.

SEM. plura, fedecim ad viginti, parvula, ovata, in roftellum produ&a, fulco dorfali leviflime depreflb notata, excavato-pundliculata, ftraminea aut rufefcentia.

INT. fimplex, membranaceum, tenue, fubdiaphanum.

ALB. farinofum, niveum, unilaterale.

EMB. dorfalis, arcuatus, lutefcens. *CotyL* lineares, planiufulae, incumbentes. *Rad.* teretiufcula, brevis, infera & fimul centripeta.

a.) Fru&us in corymbis terminalibus. b. B.) Calyx perfiftens. c. C.) Capfula claufa. D.) Eadem dehifcens. E.) Receptac. centrale. f. F.) Semina feparata. G.) Embryo albuminis d&rofo . incumbens. H.) Idem folutus.

DCCXLVIIL LECHEA. LINN. *gen.* 109.

Calyx triphyllus. Cor. tripetala. Stam. tria. Ovar. fuperum. Styl. tres. Capf. unilocularis, femitri-valvis, Recept, linearia, centralia. Sem. tria.

LECHEA



LECHEA minor. Tab. 129. fig. 6.

Scoparia foliis tenuijjimis, in plures & tenuiffimos ramulos divifa & fubdivifa.
RAJ. *fitppl* 132.

Lechea foliis lineqri lanceolatis > floribus paniculatis. LINN. *Jyji. veg. JJO.*

Ex herbario BankfaiiQ.

PER. Capfula magnitudine capitis aciculae minoris, ovato - globofa, vix aut obfoletiflime trigona, unilocularis, femitrivalvis: valvulis intus ftria longitudinali elevata atque faturatius colorata notatis.

REC. fquamulae tres, breves, lineares, e centro fundi capfulae oriundae & ventri feminum accumbentes.

SEM. tria, oblonga, utrinque acuminata, txiquetra, hinc convexa, inde angulata, obfolete pundticulata, fufca.

INT. fimplex, coriaceum, tenue.

ALB. unilateral, femini conforme, carnofum, aqueo - pallidum.

EMB. dorfalis, fubarcuatus aut rediufculus, lufcens. *Cotyl* ovato-oblongo, fubfoliaceae, incumbentes, *Rad.* teretiufcula, brevis, infera.

a.) Paniculae frugiferx ramuhij. A. B.) Capfula claufa. C.) Eadem dehifcens. D.) Ejns fetlie transversalis, cum tribus fquamulis receptaculi. e. E.) Semina feparata. F.) Semen transverfe fe&um. G.) Embryo albuminis dorfo incumbens. H.) *Idem* folutus.

Capfulam maturam, in hac fpecie, conftanter unilocularem, nee aliud difpimentorum veltigium deprehendo, praeter ftriam modice elevatam in medio pariete incerno valvularum. Interiores autem tres valvulae, quas Linnaeus habet, certe 11011 adfunt, nifi ipfas illas veJit receptaculi fquamulas anguftiffimas, breviffimas atque lineares, quae nequaquam pro valvulis, ac ne pro difpimentis quidem haberi poffunt, quum nee fupra femina nee ad parietes ufque capfulae extendantur.

Embryo non pro more gentis cyclicus, fed rediufculus eft, ut in *Ortegia** *Velezia* & *Diantho*.

DCCXLIX. A L S I N E, LINN. *gen.* 380.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. fuperum. Styl. tres. Capfula unilocularis, trivalvis, polyfperma.

»ALSINE mucronata. Tab. 129. fig. 7.

Alfrael foliis filiformibus pimgentihns, calycibus arifiatif. HALX. hijl. n. 870. t. 77.

Alfine petalis integris brevibtif, foliif fetaceif, calycibus ariflatis. LINN. *fyft. veg.* 29g*

PER, Capfula ovato - oblonga 1, fubcylindrica, tenuis, unilocularis, trivalvis.

REC.



REC. columnare, liberum, longum, funiculis umbilicalibus capillaribus cernitulum.
SEM. plura, reniformia, punctis acuminatis per series digestis cabrata, rufescentia.
INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Ai/B. farinosum, niveum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* femiteretes. *RaL* filiformis, infera & simul centripeta.

*) Plantae frugiferae ramulus. B.) Calyx maturus. C.) Capsula clausa. D.) Eadem dehiscens.
E.) Ejusdem fe^oio transversalis, cum receptaculo. f. F.) Semina separata. G.) Albuginis & embryonis H^{ura} atque ius in femine verticaliter dissecto.

DCCL. ORTEGIA. LINN. *gen.* 51.

Calyx pentaphyllus. Cor. nulla. Stam. tria. Ovar. superum. Styl. unicus, itigmate capitato aut trifido. Capf. unilocularis* apice circumscissam dehiscens. Sem. plura, oblonga,

ORTEGIA hispida. Tab. 129. fig. 9.

*Jitncaria falmantica** CLUS. *hijt. r. p.* 174.

Ortega jloribis subverticillatis, caule simplicis. LINN. *fyjl. veg. gj.*

YER. Capsula parva, ovata, superne attenuata & obsolete trigona, unilocularis, apice trifariam dehiscens.

REC. nullum femina funiculis umbilicalibus filiformibus fundo capsulae affixa.
SEM. plura, circiter duodecim, parvula, oblonga, subteretia, utrinque attenuata, glabra, ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. farinosum, candidissimum, unilaterale.

JEMB. dorsalis, rectus, albus. *Cotyl.* oblonge, planiusculis, incumbentibus, *RaJ.* J;ereticula, brevis, infera.

-a.) Planta frugifera ramulus. B.) Calyx maturus, margine membranaceus. c. C.) Capsula clausa. D.) Eadem dehiscens. E.) Ejus fe^oio transversalis cum fasciculo funiculi umbilicalium. f. F.) Semina separata. G. H.) Semen dissectum, cum fitu & figura albuminis atque embryonis*

Embryone gaudet peius redlo, minus usitato in hac familia exemplo.

DCCLT. POLYCARPON. LINN. *gen.* 105.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, brevissima. Stam. tria. Ovar. superum. Styl. tres. Capli unilocularis, trivalvis. Sem. plura, rufescentia.

POLY-



POLYCARPON tetraphyllum. Tab. 129. fig. 9.

Paronychia altera. DALECH. *hifl.* 1213. c.)c.

AnthyUis alfinefolia polygonoides major. BARR. *rar.* 103. t. 534.

Polycarpon caule ramofo projlrato, foliis quaternis. LINN. *Jyjl. veg.* 129.

PER. Capfula parva, ovata, unilocularis, trivalvis: valvulis membranaceis, poll dehifcentiam introrfum convolutis.

REC. nullum, prater fafciculuni funiculorum umbilicalium in fundo capfulae.

SEM. plura, ad quindecim, parvula, ovato roftellata, pundis elevatis fcabra, aut ante plenam maturitatem angulata glabriufcula, pallida.

INT. fimplex, membranaceum, tenue.

ALB. unilaterale, carnofum, album.

EMB. dorfalif, arcuatus, albus. *CotyU* femiteretes, incumbentes. *Rad.* filiiformis, infera.

a.) Plantx frugifera ramulus. B.) Calyx matunis. c. C.) Capfula claufa, cum corolla perfiftente. D.) Eadem transverfe fedla. E. F.) Valvulx dehifcentes, cum penicillo fiiniculnrim umbilicalium. g. G.) Semina matura & immatura. Ii.) Semiuis fedlio verticalis, cum ftu & figura albuminis atque embryonis,

DCCLII. S A G I N A. LINN. *gen.* 176.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. quatuor. Ovar. fuperum. Styl. quatuor. Capf. unilocularis quadrivalvis. Recept. columnare. Sem. numerofa,

SAGINA procumbens. Tab. 1[^]9. fig. 10.

Alfme pitfilla graminea, fore tetrapetalo. SEGUI. *veron.* 42X. t. 5, f j .

Alfme tetrajiemon, foliis connatis lanceolatis. HALL. *hijl. n.* S61.

Sagina ramis procumbentibus. ARD. *Jpec. z. t.* 8. / . 2. LINN. *Jyjl. veg.* 16g.

PER. Capfula calyce perfiftente cindla, ovata, tenuis, unilocularis, quadrivalvis, ultra medium dehifcens.

REC. columnare, liberum, hifpidum, dimidia capfula paulo longius.

SEM. numerofa, fupra quinquaginta, minutula, fubreniformia, glabra, ferruginea.

INT. fimplex, coriaceum, tenue.

ALB. farinofum, album, centrale.

EMB. periphericus, hemicyclius, lutefcens. *CotyU* femiteretes. *Rad.* centripeta.



a.) Plant* frugiferat ramulus. b. B.) Calyx cum capfula dehifcente. C. D.) Capfula transversim & longituldinaliter diffe&a, cum receptac. columnari. c. E.) Semina feparata. F.) Albumiiii & embryonis fitus in fcmine verticaliter diffedto.

DCCLIII. M O E H R I N G I A . LINN. *gen.* 394.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. odio. Ovar. fuperum. Styl. duo, ftigmatibus globulofis. Capf. unilocularis quadrivalvis. Recept. nullum. Sem. pauca.

MOEHRINGIA mucofa. Tab. 129. fig. 11.

Alfine montana, capillaceo folio. PLUK. *phyt. t.* 75. / . 1.

Alfine oStoJlemon, foliis connatis linearibiis. HALL. *hift. n.* 860.

Moehringia. JACQ. *aujlr. 5. t.* 449. LINN. *Jyft. veg.* 376.

PER. Capfula calyce perfiftente cindla, fubglobofa, unilocularis, quadrivalvis.

REC. nullum, praeter funiculos umbilicales breviffimos in fundo capfulae.

SEM. pauca, circiter decem, reniformia, glabra, rufefcentia.

INT. fimplex, coriaceum, tenue.

ALB. farinofum, niveum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, albus. *CotyL* femiteretes. *Rad.* infera*

a.) Plantar Frugifera? ramulus. B.) Capfula claufa. C.) Eadem dehifcens. D.) EJus feftio transverfalif, cum Funiculis umbilicalibus. e. E.) Semina foluta. F.) Semen diffe&um, cum albumine & embryone.

DCCLIV. V E L E Z I A . LINN. *gen.* 447.

Calyx monophyllus, tubulofus, longiffimus, quinquedentatus. Cor. pentapetala, parva. Stam. quinque 1. fex. Ovar. fuperum. Styl. duo. Capf. unilocularis, apice quadrivalvis- Recept. fetaceum liberum. Sem. inverla^

VELEZIA rigida. Tab. 129. fig. 12.

Lychnis corniculata minor. BARR. *ic. 101? JOI8. Bocc. mufl 2. p. go, t.* 43.

Knenvel majus, foliis caryophyHeis. BUXB. *cent. a. p. 41. t. 17. rudis.*

Velesia. LINN. *Jyfl. veg.* 266.

Ex herbario Bankiano.

PER. Capfula cylindrica, longiffima, calyce perfiftente veftita, unilocularis, apice quadrifariam dehifcens.

REC. fetaceum, centrale, liberum, longitudine fere capfulae, feminibus fuhakernis, deorfum incumbentibus tedtum.

SEM.



SEM. plura, ad duodecim, parva, oblonga, apice *in* brevem mucronem producta, hinc convexa, inde ex marginibus in ventrem reflexis concava atque rima ampla longitudinali hiantia, ceterum glabra, nigricantia, *in** verfa. Umbilicus *in* medio feminis ventre.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum, utrumque teae.

ALB. farinofum, album, unilaterale.

EMB. dorsalis, rectus, inferfus, ladleus. *Cotyl.* oblongae, compressae, nec tamen foliaceae. *Rad.* teretiufcula, brevissima, fupera.

a. A.) Capfula matura, calyce teæa. B.) Eadem denudata, claufa. C.) Eadem apice dehiscens. D.) Eiusdem fedlio transversalis cum receptaculo atque feminum infertione. e. E.) Semina separata, a parte dorsali factata. F.) Seminis latus ventrale. G.) Eiusdem fedlio transversalis. H.) Embryonis fitus in dorfo albuminis, I.) Idem folutus.

A Diantho praecipue differt: definito feminum fitu & minori ftaminum numero, nec *non* squamarum ad calycis basin defedu.

DCCLV. DIANTHUS. LINN, *gen.* 656. Caryophyllus.
TOURN. *in ft. t.* 174.

Calyx monophyllus, tubulosus, quinquedentatus, basi squamis acedibris appressis calyculatus. Cor. pentapetala, unguiculata, denticulata. Stam. decem, petalis & receptaculo alternatim affixa. Ovar. fuperum. Styl. duo 1. tres. Capf. unilocularis, apice 4. yvalvis. Recept. liberum. Sem. plurima, compressa.

DIANTHUS inodorus. Tab. 129. fig. 1J.

Caryophyllus fylveflris, flore nigro inodoro, calyce oblongo cum brevibus itnguibus. SEGUI. *veron.* 435. t. 7. l. 5,

Tunica ramis unifloris & bifloris, petalis levibus, stipulis calycinis brevissimis. HALL. *hifl. n.* §96.

Dianthus fioribus folitariis, squamis calycinis fubovatis brevissimis, corollis crenatis. LINN. *Jyjt. veg.* 418.

PER. Capfula fubcylindrica 1. ovato-oblonga, calyce persistente vestita, glabra, unilocularis, apice quadrifariam dehiscens.

REC. c[^]Junare, gracile, frobiculatum, liberum, capfula quarta parte brevius, undique feminibus vario fitu positis teclum.

SEM. numerosa, circiter quinquaginta, obovata, rotellata, compressa, hinc tamen leviter convexa, inde fubconcava, ftriis longitudinalibus atque transversalibus tenuissimis cancellata, atra. Umbilicus in medio feminis ventre.



INT. fimplex, coriaceum, tercue.

ALB. farinofum, niveum, unilateral*.

EMB. dorialis, vix aut parum curvatus, albus. *Coty.* ellipticse, fubfoliaceac.
Rad. tereti - acuminata, cotyledonibus brevior, vaga, pterumque tamea
infera.

«•) Capfula intra calyem. b.) Eadem dcnudata & dehifcens* C.) Rereptat.: coltimnrc.
d. D.) Seminum. latus. doriale. E.) Eorum pars ventralis. F.) Scftio femiuis transvefifalis cum
fitu albuniinis atque embryouis. G.) Embryo folutiis*

Sen)i-na D. *clmienfis* & *carthufianorum* pncedentibus fimillima, fed inagis plana
& triplo fere majora.

DCCLVI. AGROSTEMMA. LINN. *gen.* 553.

Calyx monophyllus, tubulofus, quinquereferentatus, perfifiens. Cor. penta*
petala, unguiculata: laminis obtufis indivifis, *itudis* aut barbatis. Statru
decem₇ fitu alternantia. Ovar: fuperum, Styl. quinque. Capf. unilo«-
cularis^ apice quinquevalvis^ Recept. eoluremare_r liberumv Semv plutima*

AGROSTEMMA Coronaria. Tab. IJO. fig. 1.

Lychnis, CAM. *epit.* 56^ — *corona*?^ *DOB. penrpt. T?a.* *BESL. EyJl.dijtivoIX**
t. 3.. f. 2. 3.

Lyclmīs tomentofa, *caJycihits cofiatis*, *foribus longijjitnc peduncufatis** *HALE**
hifl. n. §25.

Agroftemwa tomentofa, *foliis ovatoQ-Fanceolathi petalk entarginatir cororiatis fer-*
rath. LINN. *fyji. veg. 435.*

PER. Capfula calyce tomentofo decem coffato veftita, ovata, decem;fulcata,
unilocufaris, apice quinquefariam d^hifcensr lacrniis fingulis llylo indu-
rato & recurvato terminatis*

REC. columnare, cylmdricum, liberum»₅ hirtutum, longkudine fere capfulse.

SEM. numerofa, globofe -aut angulato- reniforniia, tuberculis transverfis. ob-
longis perferksparialiejas digeltis denfiffimeconfperfa, e cinereo-nigricaiuia~

INT. duplex: coriaceum atque membranaceunu

ALB*. farinofum, niveum, centrale:

EMB. periphericus, hemicyclicus^ lutefcens. *Cotyl.* fetniteretes. *Rad.* centrii-
peta.

a.) Capfula tefta. b.) Eadem denudata & dehifcens. B.) Valvifa magnitudiire **auda** cum **fylo**
perfiiloite tortuofe. c. d.) Capfula difle^a cum fitu receptaculi. e. E.) Semina feparata.
F.) Semen tliffedum **cum** fitt & tigura albuniinis st^iic embryonis. G.) Ehibryo folutos.



Ne Ulrica quidem iatis idbnea nota diffiniciiva a Lycfinide diiFert, nifi hanc a locularaentorum numero, fatis infido* in plura genera difcerpere velis-

DCCLVIL L Y C H N I S . LINN: *gen. 584.*

Calyx monophyllus, tubulofus, quinqwedentatus, perfiftens. Cor. penta-
petala, unguiculata: laminis fubbifidis. Stam. decem, fitu alternantia#
Ovar. fuperum. Styl. quinque. Capf. uni - tri - 1. quinqueloculans,
apice quinquefariani dehifcens. Recept liberum aut feptigerum. *Sem.*
plurima.

LYCHNIS chalcedonica. Tab. 130. fig. 2+

Fibs conjtantinopolitanus. DOD. *pempf. 178.* BESL. *Eyjf; *ftiv, IX. t. g. f. ũ*
Lychnis florihts fajcknlatis fajUgiatis. LINN. *fyji. veg. 435.*

PER. Capfula calyce m^mbranaceo' nervia decem villofis (triato veftita, ovata»
deorfum attenuata, gjabra, unilocularis y apice quinquefariani- debâfcens.
REG. columnare, cylindricum, liberum, fulcatum atque fcrobiculatum, nudunu
SEM. numerofa, angulato * reniformia¹, tuterculis acunainacis feriatis. fcabrata»
ferruginea.

INT.- duplex coriaceum atque memBranaceumv

ALF. farinofum,- niveum, centrale-

EMB. pcriphericus,, fiibannularis, lutefcens* *CotyL femiteretes.* Kad. centri-
peta..

a.) Capfula- calyce veftita. B:> Fadcnr dfenudata & deliircens; 0. rfi) Reccpfae. figiira 8t.fihis^
e. E.) Seraina learata, F.) Albuminis & embryouis fitiis ac figura. G.) Embryo^ folutu9k

Lychnidi generatim tria loculamenta, Juss* & quinque,-LINN, tribuunt* fed-
potior fpecierumtgjnimerus capfulas promit uniloculares.-

DCCLVHL S T E L L A R I A . LINN, *gen. 568.*

Calyx pentapiyllius. Cor. pentapetala, laminis bipartitis. Sram. decem^{1^}
fitu alternantia. Ovar. fuperum. Styl. *tves.* Gagf. unilocularis, fex-
valvk: . Recept. breviflimunu Sem. plura.

STELLARIA holoftca. Tab. 1jo. fig. j* .

*Gramen** FUCHS^ *hifi. tat. 13\$^ germ* ic> 74.* — *alierwn.* CAM, *epiu 143**
jtlfim fohis grammeis ciliatis. HALL. *hijL n. 884.*

Stellaria foliis lanceolath- firmlâtrs, petalis bijidis+ LINN. *JyJI. veg. 412**
*lew. QED. for. dan. t. 698**



PER. Capfula globofa, tenuis, fubdiaphana, unilocularis, fexvalvis, ad bafin ufque dehifcens.

REC. breve, liberum, in fundo capfulse, ex tuberculis parvis fungofis compofitum, inter *quse funiculi umbilicales filiformes ad femina fuperiora procedunt.

SEM^plura, circiter duodecim, grandiufula, globofe reniformia, tuberculis .'*• acuminatis per feries remotiufulas parallelas digeltis pulchre muricata, e luteo - rufefcentia.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. farinofum, candidum, centrale.

EMB. periphericus, fubfpiralis, albus. *Cotyl.* femiteretes. *Rad.* infero-centripeta.

a.) Capfula claufa. b. c.) Eadem dehifcensi D.) Receptac. in fundo capfulx. e. £.) Semiu feparata. F.) Semen difledum cum albumine & embryone.

.. DCCLIX, S P E R G U L A . LINN. *gen.* 586.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, laminis indivifis. Stam. quinque 1. decem. Ovan fuperum. Capf. unilocularis, quinquevalvis. Recept. globofum liberum. Sem. plura, margine cinda.

SPERGULA arvenfis. Tab. 130. fig. 4.

Spergula. DOD. *pempt.* 527.

Alfine foliis verticillatis, feminibus rotundis. HALL. *hifi. n.* 873.

Spergula foliis verticillatis, fioribus decandris. LINN. *Jyjl. veg.* 437.

Icon. fern. GREW. *mat. t.* 73.

PER. Capfula ovata, calyce cinda, unilocularis, quinquevalvis, vix ultra medium dehifcens.

REC. globofum, grande, liberum, fungofum, fcrobiculatum.

SEM. plura, circiter viginti, turgide lenticularia aut fubglobofa, margine acuto, ante plenam maturitatem membranaceo, cinda, plurimisque granulis globofis albis, primum pedicellatis demum vero feffilibus, confperfa, ad umbilicum leviter emarginata, nigro-fufca.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum. •

ALB. vix ullum, aut parciffimum in utroque ferainis latere inter integument! atque embryonem.

EMB. magnitudine feminis, fpiralis, ladleus. *Cotyl.* femiteretes, unutu cum dimidio *ipkx* gyrum ablblventes. *Rad.* peripherica, centripeta.

a. b.) Cap-



a. b.) Capfula intra calycem, claufa & dehifcens. c. D.) Eadem chfffeaa cum figura receptacull
c. -F. G.) Semina a latere & a dorfo fpedlata. H.) Semen apertum, cum embryone fpirali.

· *Spergula pentandra* gaudet feminibus foliaceo - compreffis, iiigris', margine membranaceo albo cindlis.

DCCLX. H O L O S T E U M . LINN. *gen.* 104.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. tria aut quinque. Ovar. fuperum. Styl. tres. Capf. unilocularis, fexvalvis. Recept. columnare, liberum. Sem. numerofa.

HOLOSTEUM umbellatum. Tab. i\$0. fig. f.

Lychnis graminea hirsuta umbellifera. MORIS, *htft.* 2. S. 5. t. aa. f. 46.

Alfine floribus umbettatis, petalis ferratis. HALL. *hijt.* n. 87y.

Holojeum floribus umbeUatis. LINN. *Jyji. veg.* 129.

PER. Capfula ovata, glabra, Iplendens, unilocularis, fexvalvis, vix ultra medium dehifcens.

REC. columnare, liberum, funiculis umbilicalibus hifpidum, dimidia capfula paulo longius.

SEM. numerofa, circiter feptuaginta, fubovata, comprefle trigona, pundis elevatis fparfis fcabrata, fulco in dorfo deprefliufculo in ventre autem prominulo & quad apprefle rofteilato notata, rufefcentia.

INT. fimplex, membranaceo- Ipongiofum, tenue.

ALB. femini conforme, carnofum, album, embryonem involven[^]

EMB. uncinato-curvatus, tedus, albus, *CotyL* ovato-oblongse, fubfoliaceasc » dorfales. *Rad.* teretiufcuJa, in ventrem feminis reflexa, centripeta.

a.) Fruftiis umbellatũ B.) Capfula dehifcens. C. D.) EaJem cfi{Tedla, cum figna receptaculi.
e. E.) Semina feparata. F.) Semen tranferve feclum, cum fitu cotyleilonuin & radicae intra albuminis fiibftantiam. G.) Embryo folutiw.

DCCLXL C E R A S T I U M . LINN. *gen.* 585-

Myofotis. TOURN. *injl.* t. 126.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, laminis bifidis. Stam. quinque I. decem. Ovar. fuperum. Styl. quinque. Capf unilocularis, apice dehifcens. Recept. columnare liberum. Sem. plurima.

CERASTIUM vulgatum. Tab. 130. fig. 6.

Myofotis arvenfis hirsuta > parvo Jlore albo. VAIL, *parfs.* / . 30* / . J.

Afyojbtis



Myofotis foliis ova to lanceohtis, pet alts calych loiigitud:ne. HALL, hiji. n. 893.
Cerajium foliis ovafis, petalis calyci aqualibus, caulibus diffujis. LINN. Jyjl.
veg. 436.

PER- Capfula oblonga, fubeylindrica, glabra, diaphana, tenuis, unilocularis, apice dentibus decem brevibus dehifcens.

REC. columnare, liberum, teretiufculum, nudum, ficrobiculatum, longitudine dknidiae <:ir^iter capfulae,

SJEM. plurima, fupra quinquaginta, fubglobod, roftellata., tuberculis diffltis & quafi fquamofis coulperia, luteo - ferruginea.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceiinu

ALB. farinofum, album, centrale.

EMB. periphericus, anuularis, iafteus. *CotyU femiteretes. Rad. centripeteu*

a. A.) Capfula claufa atque dehifcens. B.) Capfula difleffa cum teceptaculo. c C.) Semiiia feparata. D.) Albuiniis & embryonis fitus atque figura.

Ali^e fpecies capfulas oblongas, ali^e vero ^lobofas habent.

DCCLXII. A R E N A R I A. LINN. *gen. 569.*

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, laminis integerrimis. Stam. decent, Ovar. fuperum. Styl. tres. Capf. uuilocularis, apice dehifcens. Recepk nullum aut breviflimum. Sem. plurima.

ARENARIA ferpyllifolia. Tab. IJQ. fig. 7.

Alfim minor. FUCHS. hiji. lat. 23. germ. ic. 12.

Alfme foliis ovato - Imceolatis fubhirfutis, petalis calyce breviovibus. -HALL. hiji. n- 875-

Arenaria foliis fiihovatis acutis fejjtlibiis, corollis calyce brevioribus. LINN. fyft.

PER. Capfula ovato - conica, calyce perfifteiiti paulo longior, iwiilocularis, apice denticulis brevibus quinis aut fenis dehifcens.

REC. nullum aut breviffimum ex funiculis umbilicalibus fiiiformibus fafciculatis fundo capfulae infertis.

SEM. numeroza, parva, reniformia, pundis elevatis feriatis minutiflimis confperfa, rufefcentia aut fpadicea.

INT. duplex; utruxnque membranacemn^

ALB. farinofum, album, centrale.

EMB. periphericus, hemicyclicus, Jadleus. *CotyU femiteretes. Rad. infero-centripeta.*



a« A.) Capfula fexfariam apice dehifcens. B.) Receptac. in *fund** capfulhe. c, C.) Semina fe-
parata. D.) Albuminis & embryonis fitus atque figira.

Ad Stellariam proxime accedit, ut folis petalis integris ab ea differat.

DCCLXIII. S I L E N E . LINN. *gen.* 567.

Calyx monophyllus, quinquedentatus. Cor. pentapetala, laminis integris
^x aut brfidis, rndis aut barbatis. Stani. decem, fitu alternantia. Ovar.
iiiperuin. Styl. tres. Capf. incomplete trilocularis, apice quinque - 1.
fexfariam dehifcejis. Recept. columnare. Sem. numeroiilima.

SILENE nodiflora. Tab. IJO. fig. 8-

Ocymoides noEliflorwri. CAM. hort. ic. 34, BESL. *Eyft. djliv. VII t. 12. f. j.*
Vifcago foliis ovato-lanceolatis hirfutis, caule brachiato, calycibus venofis. HALL.
biji. w. 911.

Silene calycibus decanpilaribus : dentibus tubum aqnantibus, caule dichotomy,
petalis bijldis. LINN. *Jyjt. veg. 421.*

PER. Capfula cnyce vcnis alteruis ramofis notato veftita, ovato-conica, fupra
unilocularis, infra trilocularis, apice fexfariam d^hifcens. Diliepirnenta
membranacea, tenuiifima, brevilima, ad parieiem c-jpiulac fuperiorem in
meras (bias elevatas deliquefcencia.

REC. columnare, fupra liberum, hifpidum, craflum, dimidia capfula longius.

SEM. numeroiffima, centum circiter & quinquaginta, reniformi - globofa, in
dorfo planiufcula, tuberculis aciiminatis feriatis fcabrata, e ferrugineo-
lutefcencia.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. farinofum, album, centrale.

EMB. peripheries, annularis, lutefcens. *Cotyl* compreffac, fubfoliaceae. *Rad.*
teretiufcula centripeta.

a.) Capfula claufa, calyce veftita. b.) Eadem dchifcens. c.) Ejusilem bafis trilocularis. d.) Re-
cept. hifpidum. e. E.) Semina feaparata. F.) Albuminis & embryonis fitus. G.) Embryo folutus.

Ad Silenem illas quoque Cucubali fpecies referimus, quæ pericarpio valvata
gaudenc

DCCLXIV. S A P O N A R I A . LINN. *gen.* 564.

Calyx monophyllus quinquedentatus. Cor. pentapetala, laminis iategrif
aut bifidis, nudis aut barbatis, Stam. decem, litu alternantia.. Ovar.
Tom. II. Gg *type-*



fuperum. Styl. duo. Capf. incomplete bi - tri - L quadrilocularis , apice dehifcens. Rec. columnare. Sem. plura.

SAPONARIA Vaccaria. Tab. IJO. fig. 9.

Vaccaria. DOD. *pempt. JO4*,

Saponaria calycibus pyramidatis quinquangidaribus , foliis ovatis acuminath fejjilihis. LINN, *fyft* veg. 585.*

PER. Capfula calyce glabro bafi pentagono veftita, ovato - conica , fuperne unilocularis , inferne tri-1. quadrilocularis, ex duplici lamina conflata: *exteriore* fcil. chartacea f. cartilaginea , glabra, apice dentibus quatuor dehifcentei *interiore* autem fpongiofo - merabranacea, alba, tenuiffima, fuperne irregulariter rumpente, inferne autem diflepimenta incompleta formante. DiiFepimenta anguftiffima, iit bafi faltem capfulae obvk*

REC. colutnnare, fupra liberum, gracile* funiculis umbilicalibus hirtum , dimidia capfula paulo longius»

SEM. plura, circiter viginti, fubglobofa, pundlis elevatis obfoletis deniffime confperfa, atra.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceunr-

ALB., fariiofum , niveum, centrale:

EMB. periphericus, anularis, lutefcens* *CotyL* liiieares planiulculae. *Rcufr* centripeta..

a.) Capfula calyce tefta. 6) Eallem d'enudata, apice dehifcens. c.) Ejjndeni lamiffa- exterior, ad medium ufque refeda, ut interior apparent integra. D.) Bafis cnfulx cum diffepimentis incompletis ai^ue- receptaculo.. e. E.) Semiffa- feparata. F.) Semen; diffedum., cunt ftu albuminis; atque cmbryonis*.

Saponaria officinalis. LINN.

Capfiila unilocularis, feu ope diflepmentianguftiffimi & 111 bafi faltem capfulac confpicui in duo loculamenta incompleta divifa. Forma etiam capfulae iithac itiagis oblonga & ex fufiibrmi- avata ~~elt.~~

DCCLXV. PHARNACEUM, LINN. *gsn: 379^*

Calyx pentaphyllus, perfiftem, Gor. nulla. Stam. quuique. Ovar. fuperum. Styl. tres. Capf. trilocularis triyalvis. Recept. nullurxu Sem. plur^u

PHARNAGEUM Cerviana: Tab. 130. fig. 10.

Alfme juxifragtt indhz orientals, fofius circa caulent rndiatjs, fore herbido & fufcofo. PLUK. *phyt. I. 332. f. 11.*

Spergula purpnrea minima. JJUXB. *cent. J. A £*. / a.*

Pharna-



*Fharnacmm pedtmculis fubumbellatis later alibus, folia linecn-hx aqucuitibus** LINN.
fyJK veg. 297.

PER. Capfula ovata, tenuis, obfolete trifulca, a protuberantibus feminibus Jevitei^ puftulata, trilocularis, trivalvis. Diffepimenta medio valvularuni inferta.

REC. nullum; femina per funiculos umbilicales breviffimos angulo centrali loculamentorum affixa.

SEM. plura, óclo 1. decem in fingulj loculo, parva, fubrotunda, roftellata, in dorfo ftria filiformi unica notata, glaberrima, lucida, rulfb-ferrugiuea.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum.

ALB. farinofum, album, centrale.

EMB. periphericus, hemicyclius, Jutefcens. *Cotyl.* femiteretes. *RaJ.* centripeta.

a.) Plants fructiferae ramulus. A. B.) Capfula Integra, niula & a calyce obte&a. C.) Ejiis fecti© transversalis. D.) Eadem in valvulas .Uhifcens. f. F.) Semina feparata. G.) Semen diffTedum cum ttgura & fitu albuminis atque embryonis.

Solo ftaminum numero a fequenti genere diiFert,

DCCLXVL M O L L U G O. LINN. *gen.* 106.

Calyx pentaphyllus perfiflens. Cor. nulla. Stam. tria. Ovar. fuperum. Sty], tres aut unicus apice trifidus. Capf. trilocularis trivalvis. Recept. nullum. Sem. plura.

MOLLUCO verticillata. Tab. IJO. fig. 11.

*Alfme fpergitla mariana, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem infidentibus, calycibus eleganter pimStatis** PLUK. *phyt. t.* 332. *f.* 5.

Alfme procumbens galii, facie. EH RET. *piSt. t.* 6. *f.* 3.

Alollugo foliis verticillatis cuneiformibus acutis, cattle fubdivifo decumbente, pedunculis tinifloris. LINN. *fyft. veg.* 12p.

PER. Capfula ovata, rotundato - trigona, tenuis, a protuberantibus feminibus puftulata & fimul arcuatis ftriis in iplls puftulis eleganter exarata, trilocularis, trivalvis. Diffepimenta valvulaium medio inferta.

REC. nullumi femina per funiculos umbilicales angulo loculamentorum centrali affixa,

SEM. plura, circiter duodecim in fingulo loculo, fubglobofa, roftellata, tribus lineis acutis prominulis in dorfo exarata, glaberrima, lucida, ferruginea aut faturate caftaiea.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum.



ALB. farinofum, album, centrale.

EMB. periphericus, annularis, lutefcens. *Cotyl femiteretes. Rad. ceatri-
peta.*

a, B.) Capfula* claufa. C.) Ejus fedlio transversalis. D.) Loculamentum apertum, cum fuiri-
culis unibilicalibus ad axem. c. E.) Semina feparata. F. G.) Seminis fe&io transversalis atque
longitudinalis cum albuminis atque embryonis fitu & figura.

DCCLXVII. GLINUS. LINN. *gen. 610.*

Calyx pentaphyllus perfiftens. Cor. pentapetala, peulis anguftis, apice bi-
1. trifidis. Stam. quindecim ad viginti. Ovar. fuperum. Styl. unicus,
. apice quinquefidus. Capf. quinqueloculañs, quinquevalvis, Recept.
nullum. Sem. numerofa.

GLINUS lotoides. Tab. 130. fig. 12.

*Alfine totoides ficula** Boca Jic. 21. t. 11. rudis.

Tortulaca bcttica^ htteo flore, fpuria aqtatica. BARR. rar. 478. t. 336.

Glinus caule pilofo, foliis obovatis. LINN. *fyjl. veg.* 455-

PER. Capfula ovato- pyramidata, pentagona, tenuis, a protuberantibus femi-
nibus puftulaca, quinquelocularis, quinquevalvis. Diffepimenta valvula-
rum medio inferta.

REC. nullum J fercir.a per funiculos umbilicales filiformes omnium longiffimos
angulo loculamentorum centrali affixa.

SEM. numerofa, circiter quinquaginta in fingulo loculo, reniformi-roftellata,
punAis elevatis crallis vagis confperfa, lucida, ferruginea.

INT. duplex: cruftaceum atque membranaceum.

ALB. vix ullum, praeter paucam fubftantiam farinofam in lateribus feminis.

EMB. magnitudine feminis, fpiralis, albus. *CotyL femiteretes, unum fpirse
gyrum abfolventes. Reid, dorfalıs, centripeta.*

a. b.) OipFula integra, cjaufa. C.) Ejus Tettio transversfnlis. D.) Locnlamentum apertum, cam
fimiculis umbilicalibus. e. E.) Semina feparata. F.) Embryo tlemulatus.

DCCLXVIII. MANDRAGORA. TOURN. t. 13.

Calyx monophyllus, femiquiuquefidus. Cor. campanulata, quinquefida.
Stam. quinque. Ovar. fuperum. Styl. unicus, fligmnnte capitato. Hacca
folida unilocularis. Sem. plura, prope peripheriam nidulantia.

MANDRAGORA acauJis. Tab. 131. fig. 1.

Mandra-



Mandragora. DOD. *pempt.* 457. BESL. *Eyfi. vern.* IX. t.1. f. j. BLAKW. *herb.* t. 364. MILL. *di&. ic.* 1.173. HALL. *hijl. n.* 57\$.

Atropa acaulis) fcapis unifloris. LINN. *Jyjl. veg.* 22J.

PER. Bacca grandiufulca , rotunde-aut ovato - globofa , ftria depreflà Qbfoleta longitudinali ill utroque latere infcripta, fpongiofo -carnoià, folida, uni, locularis, absque ullo cavitatis internae veftigio.

REC. nullum , prater ipfam baccx fubftantiam fpongiofam, cui femina in omnem fenfum prope peripheriam immerfa.

SEM. plura, fupra triginta, reniformia, verfus umbilicum 'comptelliufcula, in dorfo auterw craffiora, e fpadiceo luteſcentia, fuperficie quafi arroſii, uec tamen afpera.

JNT. duplex: *exterhis* cruſtaceum, era/Turn, durum 5 *interim* membranaceum, album*

ALB. femini conforme, carnofum, album, embryonem involvens.

EMB. fubperiphericus, fpiralis, ladeus. *Cotyl.* femiteretes , verfus apicem attenuate. *Rad.* craffa, centripeta.

a.) Bacca integra. b.) Eadem decorticata, cum fitu feminni. e.) Ejtisdem fedlio- tranſverſalis. d.) Scmina integra. e.) Semen tranſverſe diffeſtum. f.) Albumen decorticatum. g.) Embryonis in albumiic fttus.

Defedu loculamenti confpicui atque receptaculi femium a cortice difcreti, 11011 tantum ab *Atropa* fed & a reliquis Solanaceis abunde differre mihi videtur. Tribuit equidem Cl. JUSSIEU *Mandragorae* fuſe receptacula intus prominulaj fed ifta ego non reperio. Anne & *Melongeii* hue trahi debet> cujus baccam perinde folidam omnes icoues exhibent?

DCCLXIX. NICANDRA. ADANS. p. 219. Juss. p. 125.

Calyx monophyllus, pentagonus, profundiflime quinquefidus, fegmentte haftato - cordatis conniventibus frudlum obtegentibus. Cor. campanulato-ampliata, obiter quinquefida. Stam. quinque. Ovar. fuperum. StyJ. fimplex. Bacca exfucca, tri — quinquelocularis^ ReceptL difcreta. Sem. numeroſa.

NICANDRA phyaloides. Tab. IJI. fig. 2.

Alkehengi jlore amplo violaceo. FEUV. *pemv.* 724. t. 16.

Atropa caide herbaceo, foliis finuazo anguilatis, calycibm clauJis acutangulis. LINN. *fyjl. veg.* 22X.

Icon. JACQ. *obf.* IV. t. 98.

PER. Bacca intra calycem abfeondita, fpnacrica, eKfucca, fordide firamiiu?i auc fpadicca, tri - quadri - 1. quinquelocularis. Cuticula chartacea, glabn,



tenuis, Caro nulla, prater substantiam -cellulolam tenuem, in superficie cuticulæ interna.

REC. numero loculamentorum respondentia, extrorsum crassiora, introrsum cuneiformi compressa, axi longicudinaliter affixa., cetera undique libera, fungola., frobiculata.

SEM. numerosissima, reniformia, compressiflucula, punctis excavatis deuse conferta, e spadiceo rufescentia.

INT. duplex: *exterius* fungoso - coriaceum; *interhis* membranaceum,

ALB. femini conforme., carnosum, aqueo-pallidum, embryonem involvens.

XMB. subperiphericus, spiralis, lacteus, *Cotyl.* femiteretes. *Rad.* centripeta.

a.) Calyx intus. b.) Bacca denudata integra. c.) Eadem decorticata, eum receptaculo loculamenti anterioris deiuncto. d.) Bacca transversim secta. e.) Semina separata. F.) Semina aperta cum fitu & figura albuminis atque embryonis.

DCCLXX. PHYSALIS. LINN. *gen. aso.* Alkekengi.

TOURN. *inf. t.* 64.

Calyx monophyllus, quinquentatus, per maturitatem inflatus, fructum occultans. Cor. monopetala, rotata. Stam. quinque, antheris connatis. Ovar. superum. Styl. simplex > stigmatibus obtusis. Bacca succulenta bilocularis. Recept. adnata, non discreta. **Sem. p. utina.**

PHYSALIS Alkekengi. Tab. III. fig. 5.

Alkekengi f. Halicacabum. BLAKW. *herb. t.* 16u

Physalis foliis cojugatis cordatis finuatis caule ramofo. HALL. *Vist.* «. 57.

Physalis foliis geminis integris acutis > cattle herbaceo inferne fibramofo. LINS. *fyft- veg.* 222.

PER. Bacca intra calycem inflatum: miniatum abcondita, globosa, succulenta, glaberrima nitida, coccinea aut miniata, bilocularis. Cuticula membranacea, tenuissima. Caro mollis, pulposa, rubra. Dissepimentum anjunctum, membranaceum.

REC. centrale, folidum, globosum, carnosum, frobiculatum, cum pariete interno baccæ ope dissepimenti adherens.

SEM. numerosissima, reniformia, compressa, elevato-puncticulata, flavescens aut rufescentia.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. carnosum, durum, album, embryonem involvens.

EMB. subperiphericus, spiralis lacteus. *Cotyl.* femiteretes. *Rad.* centripeta.



a.) Calyx apertus cum Bacca integra. b.) Bacca difle&a. c.) Receptac demicfatmn. <L D.\ St>
miiia feparata. £. F.) Semen diffe&um cum embryonc.

PHYSALIS fonnifera. ibid*

Solatium fonniferum. CLUS. *hifl. 2. p. 8g.*

Phyfalıs cattle fruticifo, ramıs re&ıs, fıorıbus confertıs. LINN: *fyfl. veg. I. c**

Calyx niaturus (a) ovato - pyramidatus, pubefcens, fpadiceus, decagomis: angulis alternis (b.) minus extantibus. Bacca (b. c.) fphxrica, coccinea, nitidiflima, bilocularis (d.), puJpofa. Semina (e. E.) grandiufula, rotundato reniformia, compreffii, pundiculata, pallide lutefcemia. Embryo (F.) hemicyclıcus aut fubaı^fclarıs_a intra albumen locacus*

DCCLXXI. SOLANUM. TOURN. t. 62. LINN. gen. 351.

Calyx quinquefidus. Cor: rotata, limbo patente quinquefido* Stam. quinque, antherıs conniventıbus gemino por<*> apice dehıfcentıbus. Ovar. fuperum: Styl. fımplex, fıgmate obtufo^ &cca fucculenta bilocularıs^ Recept, adnatum- Sem. plura-

SGLANUM nıgrum- Tab. 1^1. fıg. 4-

Solamım hortenfje. FUCHS. *hıjı. lat. 686. germ. k. 392. BLAKW. herh U 10?**
OED. *fıor* dan. t. 460.*

Solamım cattle inernrı herbacea, folııs ovatıs dent at 0 angulatıs, racemıs drjlıchıs mıtantıbus. LINN, *Jyji. veg. 224.*

Varietas baccıs luteıs, folııs lacınıatıs-

PER. Eacca globoflv, fubvillofa, flavefcens, fubdıapRana, pulp*ofa, Bilocularıs*
Dıflepımemum meinbranaceum, cum receptaculb connatum.

RKC. canrafum, folıdum, a diflepımmento 11011 difcretum, fed: ejus medio ardle,
adnatum.

SEM- plura, circtter vıgıutı quınque in fıngulb lbculo, ovato-acuminata, roftellata, compreflã, margıne. mejnbranaceo* cıı^fey pulpa molli flavefceute & dıaphaiw obvuluta.

INT. triplex: *extımum* pulpofum, fenfım exarefcens; *medıum* diartaceum, glãbrum, albicans aut ftramıneum, in margınem membranaceum amplıatum *ıntıynum* itıdem mernbraHaceum, album, tenue.

ArB. obovato-roftellatum, carnofum, aqueo-- pallıdum v tenuıflımum uf fere nullum.

EMB. fılıformıs, fıpiralıs, ladeus. *Coty.t.^ femıteretes, unum cum dıradıdıo fıpi-se gyrruru ablól\ elites. Rad* hrevis, cencrıpeuf.*



a.) Baccae integræ. b.) Loculamenta cum infertione fcmimim. c.) Receptac. denutiatum. d. D.) Semen intra pulpam. e. E.) Idem, excuflâ pulpa, membranaceo marginatuin. f. F.) Albumen integrum. G.) Idem diftê&um cum embryone.

Solanum indiaim. LINN, ex fide *Martini*.

Bacca paulo major quam Afparagi, colonis ex aurantio in rubrum vergentis. Cuticula chartacea, duriufcula. Pulpa aquofa. Recept. oblongum, planiufculum, fepto undique adnatum. Semina circiter viginti, compreiâ, ovato - reniformia, pallida.

Solanum tomentofum. LINN, ex fide *Martini*.

Bacca magnitudine Groffulariae, cene flavae colonis, fetis albis ftellatis pŕsefertim veriùs apicem confperfa, unde ad tadlum afpera. Cuticula chartacea, tenax. Pulpa mucilaginoŕa, feminibus undique circumnata. Recept. ovatum, craffiufculum, a fepto non difcretum. Semina fupra triginta, lenticularia, pallida.

DCCLXXII. A T R O P A. LINN. *gen.* 249. *Belladonna.*
TOURN. *inft. t.* 13.

Calyx monophyllus* quinquefidus. Cor. cylindrico-campanulata, quinquefida. Stam. quinque, antheris diftantibus. Ovar. fuperum. Sty], (implex, lligmate capitato. Bacca bilocularis, calyci iiiidens. Recept. difcretum & a fepto diftans. Sem. plurima.

ATROPA *Belladonna.* Tab. 131. fig. f.

Solanum fonniferum. FUCHS. *hijt. lat.* 689. *germ. ic.* 395. OED. *fior. dan. t.* 75\$.
